





LIBER
De
Præcipuis Germaniæ
PRINCIPUM
GENTIBUS.

LIBER
De
Præcipuis Germaniæ
PRINCIPUM
GENTIBUS.

Earum nempe
Ortu, Divisione in Familias, sive Lineas, Titulis denique Titulorumq; Juribus.

Auctore
TOBIA PFANNERO.



FRANCOFURTI
Apud Augustum Boëtium
Bibliopol. Gothan.
Anno 1678.

SERENISSIMIS PRINCIPIBUS atque DOMINIS,

DOMINO

ERNESTO,

&


DOMINO

JOANNI ERNESTO,

Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ ac Montium Ducibus, Landgraviis Thuringiæ, Marchionibus Misniæ, Comitibus Principali dignitate Hennebergæ, Comitibus Marcæ & Ravensbergæ, Dominis Ravensteini.

FRATRIBUS GERMANIS

Dominis meis Clementissimis,



SOla Nominis Vestri Inscriptione defungi officio hoc meo potueram, Celsissimi Principes, si Nuncupationis hujus ratio non aliis atque VOBIS reddenda fuerat. Eam dum Erudito quoque orbi constare cupio, caussæ insuper adjiciendæ erant, de æquitate quidem earum atque adprobatu securo. Quin & pietatis ac reverentiæ in VOS meæ duxi, adscriptis votivæ huic Tabulæ Titulis, quo nomine posuerim, publicè profiteri.

Et qvidem, ut TE primùm ſeorſum compellem, SERENISSIME ERNESTE, fructu hoc Tuo TE fraudare, absqve Tuo qvidem damno, non absqve injuria poteram, qvam in qvemcunqve Principum audere, ſocordia, in Dominum, flagitium, in ſui amantem, impietas foret. TE volente genitum, ad probante ſuſceptum eductumqve, Tuo deniqve permiſſu publicam in lucem novis veluti natalibus editum, non alius qvisqvam aut majori jure, aut faventiori animo agnoſcet excipietve. Ita de Jure Celſit. T. certus, de voluntate ſecurus, non jam de Patrono Operi, Patrono de Opere providebam. Qvanqvam enim, etiam cum per partes velut naſceretur, TIBI arriſiſſe,

ju-

jucundissima memoria recolam, officii tamen mei arbitratus sum, earti in formam effingere, quæ amorem Principis non omninò dedecere videri posset: Suffecerat hactenus, TIBI laborem adprobasse, jam Tua fortè interest, Literato etiam Orbi probari. I quidem juvat meminisse, quo velut rigore imperata Lectionum pensa exegeris, qua attentione exceperis, promtitudine reddideris, scriptis denique, ne perirent, mandari; quoties, promissi aliquantum propositique segniorem; cum principis Jure imperare posses, monueris. Quæ quanquam non sine laude mea dici facilè animadvertam cujus non postrema pars est; Principibus placuisse; condonabunt tamen, spero, austerio-

riores quoq; non inhonestam gloriæ cupidinem, etiam à sapientibus novissimè exui solitam. Et vero de applausu Tuo gestientem nova fiducia subiit, (more humani ingenii, spei suæ votisque blandiri,) fœtum aliquanto nunc venustiorem impensius Celsit. Tuæ placiturum, quem minus formosum favore Tuo non indignum judicaveras. Neq; tamen aut Juri Tuo, aut modestiæ meæ adversum putavi, in rei quanquam optumo maxumo Jure Tuæ communionem etiam fratrem vocari, TE, inquam, Serenissime JOANNES ERNESTE, quem jam tùm simul animo ferebam, cum primùm de publicando Libello consilium mentem subierat. Movit humanitatis benevolentiæ-

que

que recordatio, quam vicariam quandoq; operam Studiis Tuis commodanti præstitisti; Egregia morum suavitate atque elegantiâ non ad amorem minus atque admirationem conciliandum, ipsâ naturâ compositus. Neq; incongruum videbatur, Dedicatione jungere, quos supra educationis, studiorum, atque peregrinationis communionem ipse natalium ordo proximè sociasset. Denique rationi conveniens existimabam, communis Vestri, Clementissimi Domini, in me affectus, meique in Vos obsequii commune monumentum extare, quod honori Vestro destinatum si non carum, certè non ingratum habebitis.

Accipite igitur, Serenissimi Principes, hoc qualecunq;

munus, si molem spectetis, exiguum, si materiem, illustre; ipsaqve Nominis Vestri præscriptione venerandum, & si offerentis qvoqve ratio habeatur, ipsa saltem professione pietatis aut laudatum, aut excusatum, atqve favere pergite, qvi salva ingenuitate *libra magis & are Vester*, Vester esse non desinet. Qvod superest, DEUM obsecro, ut Vos Domui, Patriæ, VOBIS conservet, & valere nunc & semper patiatur.


Sereniss. Vestrarum Celsitudinum

Dab. Gothæ è Museo VIII. Id. Jun. A. O. R. CIↃIↃCLXXIIX.

Humillimus Cultor

Tobias Pfanner.

PRÆ-



PRÆFATIO.

QVartum jam, & qvod excedit, agimus annum, ex qvo studiis Serenissimi ERNESTI, Juventutis Saxonicæ Principis, adhibito, etiam Genealogiarum, qvas vocant, tractandarum, provincia obveniret. Illicò cogitabam, qva ratione actam jam toties ab aliis rem ita agerem, qvo & minus molesta Serenissimo Auditori, neqve tamen minus fructuosa foret. Huic curæ intento, cùm non commodior succurreret, utilissima simul jucundissimaqve ea visa, qvam Libello hoc conspicis, si non aliò, novi-

a 5 ta-

tatis saltem nomine, ut spero, placitura. Celsissimo certe Auditori placuit. atq; ita qvidem impense, ut publicandi ejus jam tum consilia suggereret, cum hebdomadatim velut per membra prodiret. At non is mihi animus erat, publicæ lucis periculum facere, amplissimum operæ pretium retulisse rato, Principis, cujus usui destinabatur, applausum meruisse. Sat illustre videlicet Is mihi Theatrum erat, quo, ut minori ambitu ita majori securitate industria mea laudatorem inveniret. Ita per aliqvot annorum spatium opusculi incurioso, non ita pridem in mentem venerat, Libello, privatis velut penatibus hactenus servato liberioris auræ copiam facere; at eam ad formam adornando, qua publicum so-

lem ferre posset. Sic alteros velut natales sortitus, talis prodit, qualem hîc vides, non usque eqvaqve quidem adeò venustus, ut totus placere queat. Dum, ex ratione muneris alia agenti, Typographus instat, de mora queritans, ni quæ opus essent, promerentur, non raro festinanti excidêre, quæ aut curatius, aut apertius, aut elegantius denique posita maluissem. Qvin subit, etiam ubi tempus suppetit, aliquando quadam negligentia dulcedo; nimiaque, de verbis præsertim cura, etiam diligentissimo, si diu intendatur, molesta est. Ita quandoque eadem verba citius sæpiusve, ac decorum, redire, non nisi postquam typis jam exscripta relegerem animadverti. Quanquam res, mutatis tantum personis

 tom-

temporibusque fermè toties eadem, non mirū; si iisdem aliquando verbis revertebantur. De rebus quæsitius merito studium fuit. Auctores, quantum copia erat, vetustiores secuti, ubi deerant, recentiorum fidem implorare, necessum habuimus. Cæterum ea tantum, quæ sive veteri memoria, sive idoneorum scriptorum auctoritate firmata, aut recenti deniqve usu comperta, sectantes, incerta atq; fabulosis aucta, Genealogiarum præsertim inania, aut omisimus, aut levi calamo perstrinximus magis quam recensuimus. Religiosum qvippe erat, tempori, otioqve, & qvem demereri animus erat, Lectori, fabellis illudere. Istud etiam dissimulare nolumus, nos ipsos latuisse sæpe, quarum notitiam ad rem perti-

tinere non ignorabamus, sive inquirendi, dum laborem nostrum pervicaci fuga frustratur, tædio, seve Scriptorum penuriâ, seu horum denique indiligentiâ quibus non rarò alia quæcunque scribere aut consilium aut facultas fuit, quam quæ cordato Lectori nosse luberet. Ita quæ comperire non licebat, reddere ipsa egestas prohibebat. Neque enim, ut Cranzii verba usurpemus, nobis divinandi ars est, neqve fingendi animus, ut qvæ tradita non sunt, afferamus. *Et vitandum erat, quod in studiis atque cognitione veri fugiendum* Cicero *monet; ne incognita pro cognitis haberemus, aut habuisse videri possemus. Neque etiam omnium quæ attulimus, fidem præstamus. Sufficerit, auctores laudasse, sive qui-*

Vandal. Lib. I. c. 21.

de Offic: Lib. I.

bus congruunt, sive ubi diversa memorant, fidem quam merentur, adepturi. Neq; tamen, etiam extra Scriptorum culpam, sponte nostra, nos aliqvando forte hallucinatos, diffiteri animus est. Qvanqvam enim, qvod iterum Cicero observat, labi, errare, nescire, decipi, & malum & turpe omnes ducamus, non tamen puto adeo superbe mortalitatis conditionem qvisqvam dedignabitur, ut errâsse erubescat; ea maximè in re, qva non facile tantum, labi, sed & non labi, ferè impossibile.

Istud qvoqve non prætereundum, in collocandis Principum Gentibus eum ordinem nobis tutissimum visum, qvo in Imperii Comitiis sedem capessere qvisqve hactenus adsvevere, sive locum ex ani-

mi sententia nacti; sive aliis præhaberi etiamnum contendant. Neque enim nostra de ea renotio munerisve nostri erat, de causa velut sententiam ferre; sententiæ vicem ipsa auctoritas Comitiorum præstabat. In Serenissima Saxonum Gente aliam rationem inivimus, Bavaris atque Palatinis Principibus antehabita, non usûs morisve inscitiâ, sed qvod officio conveniens putaverimus, Dominos eo loco haberi à suis, qvo ipsi censeri velint. Et Celsissimæ Domui, cujus ministerio adscribi contigit, scriptione nostra vel minimum præjudicare, nefas vel ipsi judicaturi forent, qvi suo Jure digniorem locum se tueri, sibi ipsis persvasum habent. Cæteri haud grave, neqve nostræ in ipsos reverentiæ adversum habebunt, lo-

cum

cum hic tenere, quem in Comitiis occupat.

In ordinanda Natalium serie, sive concinnandis Tabulis, quas vocant, Genealogicis, id tantum egimus, ut Gentis cujuscunque in Familias suae Lineas praecipuas quasque Divisiones exhiberemus: Hinc ii ferè soli adscripti, qui sive initium Lineis *sive finem dedere; omissis ceteris, ut tamen praeteritos aliquos ipso interjectarum lineolarum hiatu indicetur. Memoriae id datum, quo minus oneraretur, cum soli Principi destinabantur. Neque nimis plura pagellarum angustia patiebatur: Ceterum Tabellis* Ludovici du May, *Tubingae excusis nos adjutos, ingenue profitemur, dignis omninò, quas Lector adeat, cui integros suc-*

ſucceſſionum ordines noſtere lubitum.


Atq; ehæc Lectorem moneri, ſive ipſius ſive noſtra ſaltem intereſſe credidimus, quem nobis faventum optamus, ad verſum tolerabimus, utrunq; quod ſpero, vereorq; e, experiemur.

Iſta de præſenti Opuſculo. Aliud reſtat, de quo Lectorem rogemus magis quam moneamus. Svaſerat Sereniſſimus ERNESTUS, cùm publicandi illius gratiam exquireremus, etiam aliorum Principum, & præcipuorum Comitum atque Dynaſtarum Imperii Gentes eadem tractandi ratione recenſere, aliô tempore edendas. Obtulimus, quod negare non licebat, obſequium, modo neceſſaria ſuſcipiendo perficiundoq; labori ſuppeterent. Neq; enim in explicandis præſertim Titulis quantamcunque noſtram induſtriam

mul-

multum profecturam videbamus, ni adminiculis eorum juvaretur, quibus in Aulis Procerum hærentibus propior talium notitia; exigua in Historicis spe, qui etiam in illustrioribus, quas hic exhibemus, Familiis utcunque inqvirentem aliqvando destituêre. Si qvibus ergo Celsissimi Principis desiderio, nostroqve conatui, aut rei saltem, si ejus interesse crediderint, litterariæ, ipsorum deniqve illustrium Domuum decori favere animus atqve copia est, ut communicent, si qvæ hanc in rem habeant, etiam atqve etiam rogamus, gratum pariter habituri, si in iis qvoqve, qvæ hoc Opusculo attulimus, errorum nostrorum nos monere, aut si qvæ ignoravimus, suppeditare lubuerit.





Ad

Ad

Bibliopolas & Typographos.


QVanqvam non ea mihi de hoc Opuſculo opinio ſit, ut ambiri nimium verear, atq; virum bonum à rebus alienis ipſa juſtitiæ veneratio ſatis cohibeat, qvæ tamen multorum, ubi qvaliscunq; lucelli ſpes ſubeſſe videtur, ni alio metu attineantur, juſti honeſtiqve incuria eſt, hisce monere viſum, ne rei non ſuæ manus qvisqvam typosve injiciat, proviſo jam modo, qvo ſuo cum damno luant, ſi qvibus aliena invadere, lucro habetur.



INDEX CAPITUM.



CAP. I.



CAP. I.

De Gente Auſtriacâ.

I. *Qui quondã auſtriæ præfuerint.*

Auſtria primùm Comites, Cæſarum (*a*) quidem non proprio jure imperantes, poſtea Marchiones habuit, ab Henrico Aucupe conſtitutos, qui Hungaros crebris excurſionibus Auſtriam, Bavariam, & tantum non totam Germaniam infeſtantes compeſcerent. Obvenit primùm ea dignitas provinciaqve Leopoldo Illuſtri, ex Comitibus, ut qvidam volunt, Babebergenſibus, originem ſuam ad Sueviæ Duces referentibus, oriundo, in præmium fortitudinis, & defenſo-

Ejus Comites.

Marchiones.

(*a*) Lehmann. Chron. Spir. Lib. II. c. 7. Conring. de Finib. Imp c. 4. (p. 32.) c. 17. (p. 272. ſeqq. 279. Chytr. Chron Sax. Lib, XII. 303 ſeqq) Limnæus de jur. publ. Tom. II. Lib. V. c. 2. n. 12. Spener. Syllog. Geneal. (pag. 61. 201.).

rum contra hostes Imperii finium.

(b) Duces. (b) Ducis titulum à patruo Friderico Barbarossa Imperatore, Henricus II. Anno Christi 1156. obtinuit, abolito quoq; occasione eorum, quæ contra Imperatorem Henricus Superbus Saxoniæ & Bavariæ Dux patraverat, clientelæ jure, quô Bavariæ Ducibus Austria hactenus obnoxia fuerat.

(c) Occasus Gentis Austriacæ priscæ. (c) Defecit hæc Austriæ Principum Stirps in Friderico, qui Anno 1246. prælio cum Hungaris commisso, occubuit. Ejus ex fratre Neptis Gertrudis Hermanno Badensi nupta filium habuit Fridericum, una cum Conradino Sueviæ Duce à Carolo Andegavensi Anno 1269. capite plexum. Ita orbata Principibus suis Austria, atqve hinc Hurgarorum, inde

(b) Conring. d. p. 279. Lehmann. Lib. V. c. 63.

(c) Gerard. de Roo. Rer Austriac. Lib. I. Georg. Fabric. Orig. Saxon. Lib. VI. (pag. 584.) Limn. d. l. P. Bert. Comment. rer. German. Lib. II. c. 17. Lehmann. d. Lib. V. c. 105. Spener. p. 4. 5.

de Bavarorum injuriis expoſitâ, Provinciæ ordines Henricum Misniæ Marchionem, Friderici, quem ab Hungaris cæſum diximus, ſororium adiere, ut imperium ejus ſuſciperet, rogitantes. Neqve huic animus erat, venienti ſponte fortunæ ſinum ſubducere. At eripuit faucibus bolum Ottocarus Bohemus, ductâ Margaretha Leopoldi VII. Auſtrii, ſeu juxta alios, Hermanni, cujus modo meminimus, filiâ, quam Henrico Misnenſi Provinciæ ordines deſtinaverant, poſſeſſionem Auſtriæ, Styriæque adeptus. Neq; huic tamen poſſeſſio iſta diuturna fuit. Rudolphus enim Comes Habſpurgius, cujus originem multi ad multos, at recentiores pleriq; ad Erchenbaldum quendam, Dagoberti Franciæ Regis conſangvineum, & Clodovæi II. Palatii Magiſtrum referunt, Imperator creatus, armis contra Ottocarum, juſſu Imperii Procerum, ob eam cauſam ſumtis, eoqve vice ſecunda devicto,

Origo novæ ſive Habsburgicæ.

Auſtriam, Styriam, Carinthiamque tanquam belli jure captam, cum non reperiret, quos tenerius amaret, tantoq; patrimonio auctos vellet, in Albertum filium, aſſenſu equidem Imperii ordinum Anno 1282. transtulit. Hic Auſtriacam Gentem condidit, hodiè adhuc latiſſimè regnantem, quæ poſterioribus temporibus in has potiſſimùm familias lineasve, ut vocant, diviſa eſt:

II. Præcipua Divisiones Gentis Austriacæ.

- Maximilianus I. Imperat. Uxor Maria, Burgunda nat. 1459. m. 1519.
  - Philippus pulcher. m. 1506.
    - Uxor Joanna Hispana.
    - Burgund- oder Spanische Lini. Carolus V. n. 1500. m. 1558.
    - Oesterreich. Ferdinandus I. n. 1503. m. 1564.
      - Oesterreich. Maxim. II. n. 1527. m. 1575
        - Rudolpus II. Imperator nat. 1552. mort. 1619.
        - Matthias I. Imperator, in qvo hæc linea deficit. 1619.
      - Tyrolische. Ferdinand n. 1529. m. 1595.
        - Andreas Cardinalis.
        - Carolus, Marchio Burgoviæ, cujus uxor Magdalena Sibylla Juliacensis: atqve hic Tyrolensis Lineæ postremus fuit. m. 1618.
      - Steyermarckische. Carolus, n. 1540. m. 1590.
        - Oestreich: Ferdinand II. n. 1578. m 1637.
          - Ferdinandus III. n. 1608. m. 1657.
            - Leopoldus. I. Imperator. nat. 1640.
        - Tyrol: Leopoldus n. 1586.
          - Ferdinandus Carolus
          - Sigismundus Franciscus, qvi familiæ huic finem imposuit

III. Explicatio Tituli Austriaci Regis Hungariæ.

Hungariam (*d*) in Provinciæ formam ab Henrico III. Imperatore Anno 1063. redactam, at ſub filio ejus Henrico IV. Anno. 1074. aut ſeqventi eo obſeqvio liberatam proprii Reges tenuere, ex qvibus mortuo Ludovico cum filia ejus Maria, Sigismundus, poſtea Imperator eam accepit.

Inde (*e*) Albertus II. Auſtriæ Dux, Imperiali qvoqve honore inſignis, ductâ in Uxorem Eliſabethâ Sigismundi filiâ, mortuo ſocero, volentibus Hungaris, Anno 1438. regnum illud obtinuit. (*f*) Eo vita defuncto, cum Uxor Eliſabetha gravida relicta, Proceribus, ut vicarium deligerent, ſuaderet, ipſi conſilium aliter interpretati, Uladislaum Polonum, Regem (Anno 1440.) acciri decrevere, regnum cum Regina habi-

(*d*) Conring. d. L. c. 17. (p. 281.) Lehmann. Lib. VII. c. 77. (*e*) G. de Roo. Lib. V. & VI. Lehm. d. Lib. VII. c. 92. Spener. p. 7. ſeq. (*f*) Bert. d. Lib. II. c. 14.

urum. Intercessit qvidem senatus
nsulto Elisabetha, cui id tandem
lere Optimates, ut si marem ipsa
teretur, re cum Uladislao non-
n peracta, legati ad istum destina-
llico abdicato negotio reverte-
tur. Qvanqvam alii ne id qvi-
n à Proceribus Reginam impe-
sse referant, incommodum no-
mqve Regno ratis, pueri demum
scendi natales juventamq; operiri.
qve, cui Ladislai nomen inditum
o, Legati qvanqvam re adhuc sa-
integra revocati, Legationi tamen
istentes regnum Polono obtulere.
le cum Uladislao, atq; inter ipsos
ingariæ ordines, diffidia, qvorum
iculo & de salute filii anxia Elisa-
ha, cum optimatum qvorundam
luntate quadrimestrem adhuc re-
s insignibus ornatum, ad Frideri-
n IV. Imperatorem infantis pa-
um abduxit, Procerum incon-
ntiam verita. At cæsus post ali-

quod temporis ad Varnam à Turcis Uladislaus vacuum æmulo locum fecit, qvi patrui tutelam custodiamqve egressus, Anno 1455. vita cessit, antequam nuptias cum Magdalena Caroli VII. Gall. Regis filia, desponsata sibi, celebrasset. (g) Inde Hungari, sui jam arbitrii esse dicentes, Regem, unde vellent, adsciscere, Matthiæ Corvino, Joannis Hunniadis filio, in honorem paternæ propriæque virtutis, regnum detulêre. Ei litem movit Fridericus Imperator Alberti. II Frater, cui componendæ Matthias pacto se obligari demùm passus est, ut matrimonio abstineret, qvò Friderico filiisqve ejus jura successionis securiora forent. Et quanquam conventis adeò non steterat Matthias, ut mortuâ primâ uxore alteram duceret, sterile tamen nullisq; liberis lætum utrumqve matrimoni-

(g) Fr. Gnicclard. Histor. d. Ital. Lib. VII. (p. 362. seqq) Bert. d. l.

um fuit. Nec tamen ideò austria-
qvod voluere, conseqvebantur,
adislao Polono in regnum ab Hun-
ris accito. Orto inde bello, ita
dem in concordiam cum Uladis-
Fridericus atqve Maximilianus
liere, ut Proceres Regni solenni
ramento sponderent, deficiente
qvando Uladislai stirpe non alium
um Maximilianum posterosve e-
sese Regem habituros. (h) Ve-
n Ludovico Uladislai filio infelici A. G. 1526.
n Turcis ad Mohazium prælio si-
l cum fratre Georgio cæso, Hun-
i, neglecta pactorum fide, Joan-
n de Zapolia Transsylvanum, Re-
n delegere.
(i) Is Regi auxilium laturus cum
us & confectâ jam pugnâ adven-
et, funestum isti⁹ casum in sapien-
n fortunarumqve suarum incre-
A 5 men-

h) Limn. Tom. II. Lib. V. c. 2. n. 22.
i) Chytræus Lib. XII. p. 306. Thuan.
or. Lib. I. p. 20. Jac. Masen. Histor.
oli V, & Ferdin. Impp. Lib. IV. n. 34.

menta vertendum ratus, regno capiendo animum adjecit, tanto ordinum assensu exceptus, ut mox coacto Alba regali concilio regiis insignibus ornatus, Principem legitimum ageret. Neque tamen defuere ex proceribus, qvi sive pactorum reverentiâ, seu invidiâ in Dacum, sive aliis qvibuscunq; ex causis pronîori in Ferdinandum, Bohemiæ tum Regem affectu, ad capessendi Regni fiduciam animabant, extinctâ regiâ domo non ad alium magis ac ipsum & antiquo jam pactionum, novoq; matrimonii cum sorore Ludovici Anna contracti, jure pertinentis. Neq; Ferdinandus favorem atq; hortamenta istorum aspernatus, auctis jam animis viribusque æmulum adgressus, uno ad Tokajum prælio provinciâ exturbavit. Pulso Sarmatia perfugium fuit. Neqve tamen Ferdinando aditæ vindicatæqve hæreditatis qvieta possessio mansit. Jo-

an-

nes quippe dolore ferox, aucto ·
Hieronymo Lasco Siradiensi in
lonia Palatino, in spem recupe-
di regni ingressus, cum alia non
peteret, ad Turcarum opem con-
sus, missa ad Solimannum lega-
ne, & oblato ei clientelæ, si bene-
o ejus amissam provinciam reci-
et, obseqvio, ne istam opportu-
n amplificandi imperii occasio-
n negligeret, haud difficulter per-
sit, cupidine dominationis servi-
em non adeò ægrè passurus, neque
a in eo curâ, si extrema Christiani A. C.
ois dehonestarentur. Et tulit 1529.
qvitiæ pretium Transsylvanus,
ngariæ opibus Solimanni restitu-
, (k) cujus impetus prosperis
leqvaq; successibus auctus emen-
ve victoriis Pannoniâ Austriam
que progressus, ad Viennæ tandem
enia hæsit, barbaro, quanquam

k) Thuan d. l. Masen. d. Lib. IV. n. 50.
om. Lans. Orat. pro German.

secundâ fortunâ elatiori, atq; exercitu quingentorum millium hominum prævalido Caroli fortunam fratri suppetias ferentis, experiri recusante. Ita solutâ Viennæ obsidione, defuncta isto metu atqve periculo Austria, Hungariæ Turci Dacique jugo pressæ nihil inde præsidii, (*l*) Carolo, non una ex causa, Italiam repetente, Ferdinando ne pulcherrimæ, incruentæ quippe, victoriæ fructum abitu suo perire pateretur, nequiquam obtestante. Neque tamen Joannem facinoris magnitudinem religionisque Christianæ à Turcica societate clientelaque pericula, hostis denique aliquando reversuri Potentiam reputantem, recepti regni usus dignitasque securum esse permisit, id animo agitantem, qua ratione commodis utrinq; conditionibus Ferdinando conciliatus domus suæ fortunam utcunque fir-

(*l*) Mahen. Lib. V. n. 1.

naret. At interceſſere conſilio
, (*m*) Joanne, dum ineundi ne-
ii rationes diſponit, mortalitate
vento, relicto filio, (Stephani is
num, poſtea Joannis Sigismundi
ratiam, niſi fallor cognati Polo-
Regis nomen tulit, cujus ſimul
ue regni tutelam. uxori Iſabellæ,
ismundi oloni filiæ, atq; Geor-
Martinuſio nobili Dalmatæ, ex-
na ab inopia ſervilibusque mini-
iis, adſpirante induſtriæ fortuna,
ſumas divitias atque in aula Joan-
dignitates provecto, morti pro-
quus mandaverat. (*m*) Re- A. C.
duere morte Joannis inter Ferdi- 1531.
ndum atque Iſabellam, ſepoſita
tenus aliquantū potiusquam ſo-
diſſidia, auctore Martinuſio, cui
cipua Zapoliæ domus tum inni-
antur, iis tandem legibus, marito
s jam olim oblatis, compoſita, ut
gina ceſſo in Ferdinandum regno,
tractum quoque ab iſta ejusque
A 6 fi-

m) Thuan. d. l. & Lib. IX. ſub princ.

filio æs alienum exſo'uturum, Oppoliæ & Ratiborii in Sileſia terras, xxvcIↃ. aureorum, annuo reditu ferentes, atque inſuper CLCIↃ. aureorum, Iſabellæ nomine dotis reddenda, acciperet; Stephano, amicitiæ propinquitatis nexu arctius adſtringendæ, Ioanna Ferdinandi filia pacta. At (*n*) ne ſic quidem partibus concordia conſtitit, non ſine Ferdinandi invidia, neglectæ pactionis opprobrio à regina acerbis magis quam falſis queſtibus, palàm proſciſſi, quæ verba ſibi dari haud amplius latura, ad ſolennem jam ſibi ſolitamq; Turcarum opem confugit; qui vicinorum diſcordias ſua in emolumenta trahere non ignari, optimam regni partem Auſtriis ereptam ſui Iuris fecere, ſecutis etiam bellis noſtra patrumque ætate plusquam Chriſtianæ rei conducat, adauctam.

Bo-

(*n*) D. Lib. p. 193. Lib. X. ſub fin.

Bohemiam, (o) jam à Caroli temporibus ad nostra usq; tem- Imperio obnoxiam Duces ha- , ex qvibus Wenceslaus sanctus nrico Aucupe, Uladislaus justus nrico IV. Uladislaus à Frideri- Imp. regiam dignitatem obti- referuntur, non tamen ad suc- res ni Cæsares vellent, transitur. donec Philippus Imp. stabilem perpetuamq; efficeret. (p) Ex riaca gente primus tenuit Ru- hus, Alberti I. Imperatoris fili⁹, pta Elisabetha Wenceslai Boh. is vidua, Anno 1307. in Regem tus. Æmulum habuit Henri- Tirolis & Carinthiæ Principem, itum sororis Wenceslai. Hoc o Joannes (q) Comes Luzel- bur-

Bohemiæ.

(o) Conring. c. 29. Albert. Cranz Sax. V. c. 28. Vandal. Lib. VII, c. 19. p. 785. (p) Bert. d. L. c. 13. Chytr. Lib. XII. 4. 305. (q) Cranz Saxon. Lib. IX. Vandal. Lib. VII. c. 32 Hadrian. Barland. or Comit. Holland c. 21, p. 150. Leh- n, Lib. VII. c. 11. p. 733.

burgius Henrici VII. Imp. filius, initis cum Elisabetha, Wenceslai filia an Sorore, incertum, nuptiis, regnum obtinuit. Hujus ex Sigismundo pronepte Elisabetha in Matrimonium accepta Bohemiæ quoque regnum nactus Albertus II. Imp cujus supra meminimus, filium hæredemque Hungarici Bohemicique Regni Ladislaum habûit; Qvo Povene adhuc excincto Georgium judicbradium Regem salutavere. Rediit ad Austrios Bohemia, cum Ferdinandus I mortuo Ludovico Uladislai Poloni, qvi Georgio successerat, (æmulum Matthiam Hunniadem ob res. r) egregiè contra Turcas in Pannonia gestas ab Imperatore juxta atq; Pontifice Romano in spem successionis erectum, ita amolitus (s) ut is acceptis 40000. aureis & retenta Silesia, Moravia, & Lusatia, regno cederet

(r) Cranz. Vandal. Lib, XIII. c. 5.
(s) Bert. d. l.

, & prius morituro alter ſucce-
,) ex Ladislai ſorore filio, An-
quam memoravimus conjugio
ociaſſet. Poſt hunc Maximilia-
Rudolphus & Matthias regnum,
repugnante tenuere. At non
nando II qvieta ejus poſſeſſio
aperta Procerum defectione
ta, qui Ferdinandum nunquam
x more majorum electum, &,
quehoc foret multis adverſum
emiam facinoribus ea exui me-
n cauſabantur. (t) Præcipua
o lis vertebatur, hæreditatis ne
an electionis beneficio Bohe-
Reges fierent, hoc Proceribus,
l (u) Auſtriacis aſſerentibus,
tum demum ordinibus eligendi
ltatem competere oſtendebant,
quan-

) Urſachen/ warumb die Böhmen zu
neuen Wahl geſchritten apud
Caſp. Lundorp. Act. Publ. Part. I.
8.

u) Deduction der Erb-Gerechtigkeit
ſer Ferdin. II. zum Königreich Böheim
Lund. d. Part, c. 109.

quando nemo ex regnatrice familia superesset.

Et quidem non successionis jure, sed eligentium ordinum arbitrio Bohemiæ regem fieri, Friderici II, atq; Caroli V. Impp. *Bullis* (ut appellantur) firmabant Atque ad hanc formam post obitam à Ladislao Alberti filio mortem, non ex Luzenburgiis, neque ex Austriacis quenquam, sed GeorgiumPodiebrabium, & defuncto hoc, non filiorum aliquem, ut Pater frustra oraverat, sed Uladislaum Polonum, sponte Procerum, & electionem horum ipso Friderico Cæsare, Austriacæ gentis principe rarum habente accitum fuisse. Neque alio titulo Ferdinandi (*Primi*) posteros Bohemiæ imperasse. Austriaci ex adverso, aurea Bulla Caroli IV. de creando Romanorum Rege, Electorumque juri-

cu-

tâ, tum (x) aliâ Bohemis pe-
i Proceribus extincta demum
stirpe eligendi facultatem tri-
tibus. (at eam utpote prisco & à
ribus adprobato Juri adversam
i sibi esse non debere, neq; suis-
quam isti reponebant, ut quibus
ectis etiam securis temporibus
ligendi jure usi sint.) *Dispositi-*
(y) præterea Uladislai, An-
filiam regni Bohemici hæredem
inantis (verum neque istam ob-
e sibi iisdem argumentis exem-
que Bohemi regerebant,) Lit-
(z) Ferdinandi I. ut vocant *re-*
alibus, (at eas post alia *Reversa-*
melioris multo sensus & quidem

19. post

x) Güldne Bull Carol. IV. von der
l und Succession der Könige zu Bö-
. apud Lundorp. d. part. c. 110.
) Disposition Königs Uladislai, we-
der Hertzogin Annæ, seiner May. Er-
c. 114.
z) Mayestät Brieff Königs Ferd n. I.
. add. tamen c. 95. Recognit. ejudem de
Elect. Bohem. c. 91.

19. post annis Bohemicis scriniis nescio, qua fraude irrepsisse, causabantur Bohemi,) constitutionibus regni, Legibusq; Imperii, (Recess. de Anno 1545.) in regni tabulas relatis juramenti denique (a) formula ab *officialibus* Regni ejusque hæredibus præstandâ causam suam adstruebant. Atque eo succedendi jure Luzelburgios, Austriacos, aliosque usos non ex Bohemorum beneficio sed suo jure regnum tenuisse, quanquam & electo Georgio Podiebratio aliâsque sæpe variis artibus ligendi facultatem sibi vindicare conati sint.

At (b) Bohemi, iis insuper habitis, spreto Ferdinando, Fridericum Palatinum Regem accersivere, ali-

(a) Juraments-Form des Obersten Burg Grafen des Königr B. c. 97.

(b) Autor Anon. Epit. rer. Germ Anno 1617 1?. Brahel. Lib. Sigism. Freyberg. Germ. perturb. Part III. c. 6. Car. Caraffa, Germ. Sacr. p. 71. seqq.

Regni usurpationem avita-
errarum jacturâ luiturum.
Quo uno ad Pragam Prælio pro-
o debellatoque, Bohemis into-
ior servitus injuncta, iterum
, & in tempore rebellaturis,
jam reperto, qvi eligendi jura
tæ & belli jure subactæ genti as-
t. Ita se unius familiæ hære-
m esse, bona jam fide credunt. Dalmatiæ Croatiæ Sclavoniæ.
) Hæ Provinciæ communi olim
oniæ nomine, confusis Illyri-
nnoniæque limitibus, compre-
e, atque Croatia ad superiorem
oniam Sclavonia, cujus pars
a Dalmatia ad inferiorem perti-
e, atque (*d*) ita magis pro ac-
iæ Regni Hungarici, quam
riis regnis habendæ. Archi Ducis Austriæ
Quomodo Austriam Habsbur-
btinuerint, supra retulimus.
i-Ducis titulum primum Fri-
de-

c) Phil Cluver. Geogr. Lib. IV, c. 1.
c c. 5. §. 2.
) Lans. Orat. pro Hungar. p. 459.

dericus IV. (*e*) Imperator, aut ut alii (*f*) volunt, filius ejus Maximilianus I. usurpavere. Sunt tamen (*g*) qui Carolum IV. hujus honoris auctorem faciunt alii, (*h*) qvi Fridericum II. (Anno 1245.)

Ducis Burgundiæ. Burgundiones. (*i*) Vandalicæ Nationis populus, communi tum isti genti mutandæ sedis libidine ad Rheni usque ripam ulteriorem progressi, at post subactam à Druso atque Tiberio Interioris quandam Germaniæ partem repulsi, ideoque extra urbes, quibus ejecti, per vicos sive *Burgos* discreti diversique habitantes, Burgundionum nomen traxere. Imperante orbi Romano Valentiniano ad Rheni oras reversos, transitu qualiscunque Cæsaris reve-

ren-

(*e*) Bert. d. c. 17. (*f*) Spen. p. 10.
(*g*) Conring. Animadvers. mss. in Lampad. de Republ. Rom. Germ. Part. III. c. 5. §. 3.
(*h*) M. Zuer. Boxhorn. Chronol. p. 56.
(*i*) Cranz. Vandal. Lib. II c. 6. Cluver. Geogr Lib. II. c. 13 §. 4.

a prohibuit. Minor feroci
ilo (*k*) de Honorio cura, quo
ante Rheni flumen transgressi,
Hednos, Vesontios, contermi- A C.
ie in locis consedere, quibus 415.
iæ Belgicæ appellatione hacte-
celebratis, à se Burgundiæ no-
fecerunt Ne sine Rege a-
it, (*l*) Gondochium elegere.
is filius Gondebaldus (*m*) ob
citam in fratrem Childebertum
ilpericum alii vocant,) crude-
em à genero hujus Clodovæo,
corum Rege, instinctu uxoris,
s impetitus victusque pacta cer-
ibutorum summâ, captivitatem
mit. Fratri Gondegisilo
di regni cura à victore com-
a. At Gondebaldus fraterna
e ad quodvis scelus imbutus, le-
i jam post Clodovæi abitum à
icis metu, fratrem adortus, ex-
cus-

) Cranz d. c. 6. add. Lib. I. c. 25.
) Idem d. d. Lib. c. 7.
n) Idem d. eod Lib. c. 8.

cusso istorum jugo neglecta pactorum fide, patriam libertatem asseruit. Non eadem filiis, (n) Gundibaro & Sigismundo in defendendis suis felicitas, Clodomiri (Clodovæo prognati) armis tandem edomiti. Ex illo tempore sub Carolinis varias mutationes passa Burgundia, moderante rei Romanæ (o) Carolo Calvo regni honorem recepit, Arelatensis titulo clara, quam fratri Ludovico Germaniæ Regi ereptam in uxoris Judithæ fratrem Bosonem Carolus transtulit. Alii Bosonem (p) hunc uxoris Irmengardæ impulsu id dignationis sibi usurpasse referunt.) Ea sub Rudolpho Rege postea renovata, (q) invito Arnulpho Germaniæ imperi-

(n) d. Lib. c. 9. & 10. add. Lehmann. Chron. Spir. Lib. II. cap. 1. add. Lib. III. c. 2.

(o) Conring. de finib. Imp. German. c. 12.

(p) Cruf. Annal. Svevic. Lib. III. Part. 2 c. 1.

(q) Idem d. Part. 2. c. 3.

ritante, à quo Anno 894. victus iste (r) clientem ſeſe Regis Germaniæque profeſſus eſt. Sunt, qvi (s) poſt Carolum, exuto Francorum obſeqvio juris ſui aliquantum fuiſſe, velint, donec ſub Ottone I. ad Imperium reverteretur, (t) à Regibus fiduciario jure gubernari permiſſa. Horum poſtremus Rudolphus, cum maſcula prole careret, Conradum II. Imperatorem ſororis Giſilæ maritum (u) heredem inſtituit, (Anno 1032.) præterito Odone, Campaniæ Comite, fratre Roberti Franciæ Regis, ex altera ſorore prognato. Eum quanquam, m obniteretur, (x) victum inferiorem Burgundiam ſive Ducatum obtinuiſſe volunt, Comitatum

B in-

(r) Idem ead part. c. 4. Jo. Avent. Anboior. Lib. IV. p. 359.
(s) Conring d. c. 12. p. 161-169.
(t) d. c. p. 170.
(u) Cruſ. d. Part 2. c. 7.
(x) d. part. 2. c. 8.

inditione Germanica permansisse. Eodem, aliâ quidem viâ tendunt, qui (y) Rudolphum suorum seditionibus fatigatum induendi Germano um obsequii regnante adhuc Henrico (V consilium cepisse memorant, Procerum precibus dilatum, donec verba sibi dari ultra haud latururus in Conradi ditionem concesserit. Inde (ita iidem) (z) Burgundis alienum imperium ægre tolerantibus, optimum visum Burgundiam abolita regni dignitate in Ducatus formam redigere. Obtigit is primum, Odoni, quem diximus, Campanensi, cujus è filio Odone neptis Joanna Philippo Longo Galliarum Regi nupta filiam inter alias habuit, Ludovico Flandro elocatam; è qua prognata ... unica pater

(y) Cranz. Saxon. Lib. II. c. 32. & 3 Vandal d. Lib II c 10.

(z) Idem d. Lib II. c. 11 add. idem S x Lib. IV. c. 40. Conring. d. c 12. p. 175 Crus. II, 6. 7.

ternæ maternæq; ditionis hæres, primùm Philippo consobrino, Burgundicæ itidem ex Odone præsapiæ Principi desponsata, eo (Anno 1362.) antequam maritum experiretur, rebus humanis exempto, in Philippi (Fortis sive Audacis cognomento insigniti) manus convenit, cui (*a*) Burgundiæ Ducatum velut ad se devolutum, (quo jure, quave *injuria*, disceptatur) (*b*) pater, Joannes Galliæ Rex, in præmium servatæ sibi in prælio vitæ destinaverat, quem deinde unà cum superiori Burgundia, (eam post distractum in partes Burgundiæ regnũ olim Othonem Flandriæ Comitem titulo *Liberi Co-*

(*a*). Cranz. d. c. 11. Frossard. rer. Gal-c, Lib. I. in Joanne G. R. sub fin. & Carol. V. in princ. Jo. Sleidan. ad Cominæum Descript. rer. Gallic. sub init. Malen. Hist. Lib. I n. 18.

(*b*) V. Jur. de Linda Descript. Orb. Lib. . p. 308 seq. Conring. d. c. Lunn. d. Lib. V. . n. 20.

mitatus, *Franche Comtee*, occupasse quidam (*c*) tradunt,) nuptias, si hæc vera sunt Philippi Odonianæ stirpis cum Flandra, (*d*) Ducatui iterum juncta atque Belgio Habsburgiæ Genti Maria, Caroli Audacis Burgundiæ Ducis Filia, (*e*) Maximiliano I. nupta intulit. At abstulit eam (*f*) Ludovicus XI. Galliæ Rex, non Burgundicæ minus, quam Austriacæ Domui infestus, hoc prætextu, quod Carolus Mariæ pater multis contra Regem regnumque facinoribus terra exui meruisset, quam (ut feudum) beneficio Galliæ tenuerat, & si absque hoc foret, (*g*) Mariam, fœminam quippe, pro-

(*c*) vid. Cluver. d. c. 13. § 7.

(*d*) Jo. Sleidan. d. l. Phil. Cominæus Comment. Lib. VI.

(*e*) Comin. Lib. VIII.

(*f*) Cranz. Saxon. Lib. XII. c. 16. & Vandal. Lib. I. c. 25. Masen. d. c. 18.

(*g*) Luc. de Linda. d. l.

provinciam habere non posse, quam ex Salica lege, regnique more, non nisi masculæ stirpis hæredes sortiri possint; Hispanis ex adverso, unquam ad Galliæ regnum Burgundiam pertinuisse negantibus, ut quæ Germaniæ obsequium ab aliquot inde seculis professa sit. Neq; diversam Ducatus à Comitatu rationem esse à qua fœminas non excludi, ne Galli quidem inficiari audeant. Hinc atrox inter Maximilianum & Ludovicum bellum. Conventum (b) quidem ut permisso Gallis Ducatu, Philippus, quem unicum e Maria filium Maximilianus sustulerat Artesiam reciperet. Mansit tamen de titulo controversia, quæ ambitio Principibus novissima exuitur. Neq; in ceteris transactioni vis sua constitit Austriacis occasioni, licet frustra intentis, quâ ablatas injuriâ res

(b) Cranz. Vandal. Lib. 2. c. 16.

aliâ injuria repeterent. Quanquam enim ſecuto poſt tempore (i) Franciſcus I. Galliæ Rex ad Ticinum à Caroli Ducibus captus, carceris moleſtiam inter alia, etiam pactâ conſignatione Burgundiæ redemerat, indigna tamen Principe exceptione, pactioni ſtare recuſavit, cui non ſua ſponte, ſed captivitatis neceſſitate conſenſiſſet. Etiam aſſenſum regni Procerum deeſſe cauſabatur, firmandis hujusmodi pactis neceſſarium. Atque lis iſta adhuc ſub judice Gallis interim Burgundiæ terris Hiſpanis Auſtriisque titulo gaudentibus. Et ne aliqua Burgundiæ parte Galli carerent; etiam Comitatum non adeò pridem, armis occupavere.

ver-

(i) Guicciard. Hiſtor. Lib. XVI p. 351. Maſen. d. Lib. III. n. 42. 43. Lib. IV. n. 1. ſeq.

Belgica (*k*) olim tot ferè diversos Principes Dominosque quot provincias habuit, quæ successu temporis per matrimonia ferè in unum coaluere, post multos familiarum transitus, à Bavaris ad Burgundos translatæ, nuptiis Ioannis Mali Burgundi ex Galliæ Regibus prognati, cum Margaretha Alberti Bavariæ Ducis filia contractis. Earumque possessionem Jacobæ Guilielmi ultimi Hollandiæ Comitis filiæ cessio firmam efficit, jure suo se abdicantis, ut maritum carceris, quo detinebatur, tædio liberaret. Post terræ istæ ad Austrios transiêre, nuptiarum quoque beneficio, quas cum Caroli Audacis filia Maximilianus, post Imperator, iniit. Et quanquam Galli plures ex iis sibi vendicarent, omnes tamen præter Brabantiæ.

 Ar-

(*k*) Vid. Hadr. Barland. Histor. Comit. Holland. passim. & Phil. Cœsius Leon. Belg.

Artesiæ. Comitatum Austriacarum Domus retinuit Infestior fuit, majorique damno constitit Belgarum defectio, cujus post diuturna bella is exitus, ut septem Provinciarum, Fœderati Belgii nomine celebrium, jacturam Hispani facerent, decem, qnas Belgium Hispanicum appellamus, retentis (quanquam & ex iis Galli inclinante Hispanorum fortuna, præsentibus, quæ dum hæc scribimus, & præteritis proximè bellis. non parum decerpserint) quarum prima Brabantia, cujus (l) Ducem primùm creavit Henricus V. Imperator Gothofredum Barbatum Lovanii Comitem, cujus prosapia in Henrici Magnanimi filiis, Henrico Mansueto, Patris in Brabantiæ Ducatu successore, & Henrico Puero, matris Sophiæ Jure Thurin-

(l) Spener. Syllog. Geneal. p. 210. seq. Chytræus Chron. Sax. Lib. III. p. 91.

ringiæ Landgraviarum adepto, duas in familias abiit, quarum istâ in Joanne III extinctâ, Brabantia, præteritis Hassiacæ domûs principibus, ad Wenceslaum Luzelburgium, Joannis ex Joanna generum, (id successionis beneficium deficiente mascula stirpe sexui isti, Philippus, Albertus, Henricus VII. & Carolus IV. Imperatores contulerant,) & cum hic mortalitati satisfecisset, in Joannæ sororem, inde ad Antonium Burgundum, Philippi Audacis ad Antonium Burgundum, Philippi Audacis, & Margaritæ, ex Margaretha, (Joannæ ea soror fuerat,) & Ludovico Flandro prognatæ, filium, & postea cum Maria Burgunda ad Austrios transiit.

Styriam à Savorgnanis (*m*) Italicæ gentis Dynastis Ducum titu- Styriæ.

 lo

(*m*) Fr. Sansovin. Dell. Orig. Delle casei Illustri d. Ital. Vol. I, in Savorgnanis princ, p. 322. b,

liaaliquando habitam, emit (n) Leopoldus, Victoriosus Austriæ Dux ex Babebergensi stirpe, (obiit is Anno 1232.) á Genero Sigismundo, Ottocarum alii vocant) inopiâ adacto, quamvis ingente Styriæ, Carinthiæ, Tyroli & Goriziæ hactenus imperante, multæ partitiones, ut solet, effecerant. Post deficiente prisca Austriorum familia, uxoris, quam supra memoravimus, nomine, sibi Ottocarus (o) Bohemus asseruit, qui illam Imperio restituere jussus, cum parere detrectaret, invitus relinquere adactus est, impar armis, quæ hanc ob causam ipsi Rudolphus, jubente ordinum Imp. Senatu, intulerat. Eoque devicto Styriam filio Alberto, ut supra dictum, unà cum Au-

(n) Bert. II. 17. Spener, p. 61. add. Arnis Relect. Polit. Lib. II. c. 2. Sect 7. n. 44. seqq.

(o) Lehmann Lil. V. c. 105. Limn. II. V. 2. 12. Ger. de Roo, Lib. I.

Auſtria atque Carinthia pater Rudolphus addixit

Carinthiam poſt alios (*p*) Otho, Othonis M. Imperatoris ex Ludolpho Sueviæ Duce nepos, eoque defuncto (*q*) illius filius Cuno, agnati Ottonis III. beneficio tenuit, penſandæ fidei induſtriæque, quam vindicandæ contra Bavaros Duces Cæſaris imperiique dignitati, iſte præſtiterat. Erant tum in Ducatu Carinthiæ Marchiones duo, alter tuendo limiti orientali adverſus Hungaros, alter contra Slavos defendendæ oræ meridionali conſtitutus. Erant & Palatini, Gorizienſis atque Crainburgius iſte in Italiæ hic in Bavariæ finibus, omnes pari obſequii nexu Ducis juſſa ſpectantes

Carinthiæ. A C 976.

(*r*) Adempta quidem Cunoni,

(*p*) Georg. Fabric. Orig. Saxon. Lib. III. pag. 3 3.

(*q*) Idem d. Lib. p. 406.

(*r*) Idem, cod. p. 408. ſeq.

Cunonis nepoti in contumaciæ pœnam ab Henrico IV. provincia, primùm in Welphonem Bojoarum, inde ad Bertholdum Comitem Zeringiûm translata. Rediit tamen ad Cunonis filios, qui insignibus erga Cæsarem officiis parentis culpam eluisse visi amissam istius crimine terram suo merito recepere. Eam postea (s) Ottocarus emptionis titulo cum Ulrico, ultimo Carinthiæ Duce contractæ, pro sua usurpaverat. (t) Quidam Carinthiam Meinhardo Tyrolensi à Rudolpho, alii Alberto Contracto Austriæ Duci à Ludovico Bavaro Imperatore, defuncto Henrico Carinthio, nulla mascula sobole relicta, Anno 1335. concessam post per conjugem Margaretham Maultaschiam pleno jure Domui isti illatam dicunt. Alii

Al.

(s) Lehmann. d. l.
(t) Ger. de Roo. Lib. I.

Alberti hujus filios à Margareta ista hæredes Carinthiæ scriptos referunt. Inter diversas adeo narrationes lectoris quam admittere, aut respuere velit, notio est, cui præjudicare voluimus, satis habentes qui varii varia hanc in rem habent, memorare.

Est ea Sclavoniæ pars, de qua jam supra diximus camque (x) una cum Carinthia ab Ottocaro emptam postea (y) Austriis à Ludovico Imperatore datam memorant. Quanquam sint, qui Alberto à patre Rudolpho eam quoque datam velint. Carniolæ.

Luzelburgia ditio (z) Comitatus dignitate Ottonis I. Imperato- Luzelburgi.

(u) Vid. idem d. Lib. & III. Linm. d. c. n. 13. Arnis. d c. 2. Sect. 12. n. 30.
(x) Crus Annal. Suevic. II. 7. 3.
(y) Cranz Vandal. Lib. VII. c. 19.
(z) Luc. de Linda Descript. Orb. Lib. VII. p. 834. Chytræus Saxon. Lib. III. p. 97.

toris ætate primùm innotuit; A Carolo IV. Cæsare in gratiam fili Wenceslai Ducali honore auctam (alii (a) id dignationis incrementum ipsi Wenceslao ad Imperii fastigium post exolutam à patre mortalitatem evecto acceptum referunt,) à socero Sigismundo fratris Wenceslai post Rupertum successore, vivo adhuc (b) Albertus II. sæpius memoratus accepit.. Defunctæ vitæ munere Alberto Guilielm Saxoni (is Alberti filiam Annam sibi matrimonio sociaverat;) Fridericus IV. Imperator concessit, sive (variant (c) enim) feudi loco collatam, sive pignori oppositam, excepta tamen parte, quæ ad Elisabetham Wenceslai ex Joanne Duce Gœrlicensi neptem

(a) Luc. de Lind d. l.

(b) Lehmann Chron. Spir. Lib. VII. cap. 32.

(c) Vid Chytr. d. l. & Georg. Fabric. Orig. Saxon. Lib. VII. p. 606.

ptem, Antonii Ducis Brabantiæ uxorem spectabat: At ista liberis orba quo Guilielmo ægre faceret, Principatum Philippo Bono Burgundiæ Duci vendidit, propinquitatem etiam caussata, nuptiis, nisi fallor, innixam, quas cum Bona Luzelburgia Joannes (d) Galliæ Rex quondam contraxerat: Et Philippus (e) Jus suum qualecunque tuiturus aucturusque, Ernestum Comitem Gleichensem vice Guilielmi regioni moderantem adortus provinciâ extrusit cujus securã postea stabilemque possessionem, exsolutis Guilielmo ducentis & quinquaginta Rhenensium aureorum millibus (Anno 1443) reddidit. Anxit securitatem postea Casimirus Rex Poloniæ, cesso in Carolum Philippi filium Jure, quod conjux Elisa-

(d) Hadrian. Barland. d. c. 21 p. 151.
(e) Chytr. & Fabric. dd ll.

sabetha, Annæ, quam memoravimus, soror, marito contulisse videri potuerat. Ab isto nuptiis Mariæ, patriarum ditionum exasse heredis, cum Maximiliano, ad Austrios terra ista reversa est.

Wirtembergæ & Tecciæ. (f) Wirtembergiam Ulrico Duci à fœderis Suevici Sociis Reutlingæ Urbi à Duce infestatæ opitulantibus Anno 1500. ereptam Carolus V Imperator emit Ferdinando fratri, cum paternas terras partirentur, adsignatam, quam tamen huic (Anno 1534.) rursus ademptam Philippus Hassiæ Landgravius Ulrico restituit. Secuta post Philippi operâ Cadamica transactio ita Ulrico possessionem hujus terræ firmavit, ut eam beneficium (feudum) Austriacæ Domus agnoscerent, huic etiam successionis spes, deficienti-

(f) Thuan. Lib. I. Masen. Lib. V. n. 10. 11.

tibus aliquando Wirtembergiis, servaretur, quanquam conditiones istæ Ulrico minus placerent. At (g) tandem Duces isto nexu Rudolphus II. Imperator exsolvit. consensu Gentilium pactus, ut clientela hac eximerentur Wirtembergii, salvo tamen Austriacis, si illi deficerent, successionis jure. Hujusque abdicationis pretium, non spernendam auri summam tulit. Quam ob spem tamen successionis titulum Austriaci retinuere, qui à Principibus plerumque novissime exuitur.

Silesia sedecim Principatibus uno Ducatûs titulo nunc complectens.) quondam (h) ad Bohemos pertinuit, cum Uladislaus Zethi primi Bohemiæ Regis abnepos, Mnathæ filius, ex hæreditate paterna sortitus, Uladislaviam condidit. In- Silesiæ.

de

(g) Spener. pag. 186.
(h) Cranz. Vandal. Lib. I. c. 20.

de Poloni armorum lege sui juris fecerunt ex quibus eam cum (ι) Uladislaus (is Boleslai ex Piastea familia filius cum tribus fratribus Poloniæ hæreditatem ita partitus, ut Boleslaus Masoviam, & Pomeraniam, Mieslàus Poloniam majorem, Henricus Sendomiriensem & Lublinensem Satrapias, ipse Cracoviensem cum Silesia retineret, sorte sua non contentus, dum aliorum portionibus inhiat, sua excidit, fratribus tandem ope Friderici I. Imperatoris, atque Alberti Brandenburgii, & Conradi Misnensis Marchionum opera ea lege reconciliatus, ut Silesiam hæreditario jure possideret:) tribus, quos habebat, filiis distribuisset, eorum posteri clientelæ nexu po-

A. C. 1159

(ι) Georg Fabric. Orig Saxon. Lib. V p 539. seq Spener Syllog Geneal. in Familia Piastea J. Chr. Hallmann Schles. Adlers-Flügel. Histor. Anmerck. ad Uladisl. II.

Poloniæ regno adſtricti manſere, donec malis feſſi, quæ mutua inter Polonos atque Bohemos jurgia & bella mediæ inter illos Sileſiæ attulerant, tum indignatione moti, quod in eligendis Poloniæ Regibus adeo nulla (k) ipſorum cura ratiove habita fuerit, ut ne ad ferenda quidem ſuffragia accirentur; Polonis etiam ob linguam moresque Germanicos magis magisque invaleſcentes inviſi infenſique, præterea contemptu regni in plures Dominos diſcerpti, denique ob imminuta ipſorum in terris ad illud ſpectantibus jura ægrè ferentes, exuta hujus reverentia ad Joannem Luzelburgium Bohemiæ Regem, ſenſim tamen, neque uno impetu, tranſiere. Præivit viam Boleſlaus Dux Münſterbergenſis, quem deinde reliqui, ſua ſponte, quidam etiam neceſſitate, majorisq;

po-

(k) Chytr. Saxon. Lib. XII. p. 304.

potentiæ metu, fecuti funt. Eaque rata fuo confenfu fecit Cafimirus Magnus Poloniæ Rex, initis in eam rem Anno 1335. cum Joanne pactis. Retinuit quidem Silefiam cum Moravia, Lufatiaque Matthias Hunniades in Bohemiæ Regem defuncto Podiebradio adfumptus, transactione cum æmulo Uladislao Polono inita, at poft mortem iftius, illæ quoque ex eâdem transactionis formulâ ad Uladislaum, Bohemiamque (*l*) rediêre. Ita cum Bohemia etiam Silefiam Auftriaci ut appendicem illius, nacti funt. Et extinctis fucceffu temporis prifcis Piafteæ ex Uladislao profapiæ Ducibus, (ex quibus Carolus Guilielmus Lignitii, Brigæ & Wolaviæ Princeps poft familiam (*m*, Sueidnicio-Münfterbergiam in Joanne ab Huffitis

(*l*) Cranz. Vandal. d. cap, 20.
(*m*) Spener. d. L.

ſitis Anno 1425. cæſo, Sagano-Glogoviam in Joanne ob ſegnitiem, ſuis inviſo, & ad privatam ferè fortunam redacto, ſub exordia ſuperioris ſeculi, Steinavia-Olſenſem Anno 1492. in Conrado, Albo Opolienſem Anno 1532. in Joanne, Teſchinenſem denique in Friderico Guilielmo, noſtra ætate emortuam, cum iſta ſcripſeremus, ſolus ſuperſtes raraque animi Indole veniam minoris adhuc ætatis, capeſſendique imperii gratiam à Cæſare meritus non multo poſt vitæ ſimul, totique Piaſteæ Genti finem impoſuit,) terra iſtorum regio Cæſaris patrimonio, ſive *Cameræ*, ut vocant, acceſſere quarum aliàs ſupremus Princeps ſibi ſepoſuit (die Tafel- oder Cammer-Furſten-Thümer) aliæ in alios collatæ. Et quidem Croſnenſem Elector Brandenburgicus, Oppolienſem & Ratibarienſem Polo- A.C. 1675.

loni, pignoris jure, Troppaviensem, Jagerndorffium & Teschinensem Lichtensteinius, Saganensem Lobkowicius, Münsterbergiæ partem Aversbergius, Oelsensem Wirtembergii, denique Grothaviensem & Neussensem Uratislavius Episcopus possident, supremo tamen Præsidi (dem Königlichen Ober-Ampt) à Matthia Hunniade Bohemiæ Rege, ejusque successorem Uladislao primum constituto. (uni Polonum forsan & Brandenburgium excipias) obnoxii.

Princi-pis Sueviæ. (n) Alemanniam sive Sueviam, olim regnum, à se subactam Francorum Rex Clodovæus in Ducatum vertit. Variarum (o) inde familiarum

(n) Cruf Annal. Suev. Lib. IIX Part 1 p. 212 add. 205 Lib. XI. p. 293. Lib. 1 Part 2. c. 8 princ. Lib. VIII. d Part. c. 4 p. 252 seqq

(o) De Ducibus Sueviæ ex Gente Saxonica, Ottonis M. Imp. G. Fabric. Orig. Saxon. Lib III. p. 377-305.

rum Dominos nactam, post Rudolphum uevum Anti · æsarem ex Rheinfeldiis Comitibus ortum Fridericus Antiquus Baro hactenus Hohenstauffæ Friderici Barbarossæ Imperatoris avus ab Henrico IV Imperatore in navatæ contra hunc operæ præmium, frustra repugnante istius genero Pertholdo Zæringensi accepit. Ejus familia in onradino sublata Rudolphus Habsburgensis (p) filio cognomini contulit, multis tamen partibus mutilatum, quarum plures ad Badenses & Wirtembergios, aliæ alios devenere.

(q) Burgoviæ Marchionatus, Algojæ in uevia pars, inter Augustam Ulmamque octomilliar. proten Marchionatus Burgoviæ.

(p) Georg d Roo Lib I Cruf Lib. II. part ; c 19

(q) Cru Part. I. L 6 XI. p 3 9 Part II. c 3. p. 14 & seq Lib XII c. 11 p. 550. Part. III. L b. iii c. 7. p 49.

tensus Anno 1205. à Philippo Suevo Imperatore emortua veteri Marchionum stirpe Comitibus Roggensteinensibus concessus, ex quibus postremo Henrico Anno 1283. fato defuncto *aperto* ut conjicio *feudi* jure Austriis, ut Sueviæ Ducibus obvenit. Patrum ætate Carolus Ferdinandi I. Imperatoris ex Ferdinando nepos justis qvidem nuptiis, impari tamen matre, Philippina nempe Welseria, Patricia Augustana, susceptus, cum accepit, terræ tituloque Marchionis acquiescere jussus. Quo anno hujus seculi decimo octavo, vitæ munere defuncto, nullis relictis liberis (unam filiolam ex Sybilla Juliacensi sustulerat, at & ipsam intra infantiam exstinctam,) ditio hæc ad agnatos pleno Domus Jure gaudentes reversa est.

Moraviæ. (r) Moraviam à Regibus quondam

(r) Conring de fin. Imp. Germ. c. 29.

dam habitam, (s) (quorum ultimũ Zuentepolcum obſequium detrectantem Arnolphus Cæſar ingenti clade devictum, ſpe recuperandi regni ablata ad eremi ſive conſilium ſive neceſſitatem adegit,) poſtea à Polonis occupatam, & his à Bohemis ereptam, Sigismundus Imperator (t) vivus adhuc in generum Albertum II. Imperatorem contulit.

(u) Habspurgam Arcem in Ergovia circa Annum 1020. condidit Rapato, unde titulum ipſe ſibi poſterique ſumpſere, cum majores Altenburgi (cujus rudera non procul Habspurgo oſtenduntur) Comitum — Comitis Habspurgi.

C tum

(s) Lehmann. Chron, Spir. Lib. 2. c. 47. Cranz. Saxon. Lib. II. c. 32. Aliter tamen Jo. Aventin. Annal. Bojor. Lib. IV. p. 360. 364. 367. Edit. Baſil. Anno 1580.

(t) Lehmann. Lib. VII. c. 93.

(u) Gerard. de Roo. Lib. I. Stumpf. Schweitzer Chron. VII. 23. Cruſ. Part. I. Lib. X. c. 4.

tum nomine usi essent. Et retinuere istum non solum Rudolphi Taciturni (is Alberti sapientis frater, patris Rudolphi, qui primus Cæsareum decus domus intulit,) posteritas quæ ultra Comitum dignitatem non evecta in Joanne IV. Anno 1400. desiit, sed & Alberti ex filio Rudolpho Cæsare progenies, de qua nobis hic sermo est. Cæterum solo titulo gaudent, qui ex ista stirpe supersunt Austriaci, terram sibi Helvetii asseruere.

Tirolis (x) Ex testamento Margarethæ Maultaschiæ Henrici Ducis Carinthiæ & Comitis Tyrolensis vel ut alii, Elisabethæ, Henrici istius sororis, quod mortuo filio Meinhardo, ex Ludovico Ludovici Bavari Imperatoris filio suscepto, condiderat, hæreditatem hujus Comitatus Alberti Contracti Austrii filii adiere.

A.C. 13...

Hanc

(x) G. de Roo Lib. III. Limn. d. n 13. & 16. Jo. Aventin. Annal. Bojor. Lib. VII. p. 637.

Hanc (*y*) cum Suntgovia aliisq; terri marito Alberto, quem modo diximus, attulit Joanna, Ulrici postremi Pfirtensium Comitum filia. Pfirt.
Eamque (*z*) Carolo Audaci Burgundo centum aureorum millibus venditam Sigismundus Austrius Friderici Imperat. frater, victo isto ab Helvetiis, occisoque non redditis nummis recepit. Transiit ea unà cum Alsatia aliisque pactione Monasteriensi ad Galliæ Reges, non sine Basileensium Præsulum querela, ad quos *directum*, ut appellant, *dominium* Comitatus hujus hactenus spectaverat, satisfieri sibi ob adempta immeritis jura hisce nuperisque Imperii Comitiis frustra precatos.

(*a*) Kyburgi Comites jam Ca- Kyburgi.

 roli

(*y*) G. de Roo Lib III. Cruſ. Annal. Suev. Part. III. Lib. V. c. 3. p. 259.
(*z*) Cominæus. Comment. Lib. IX.
(*a*) Cruſ. Part. I Lib. XI. c. 5. Stumpf. d. Chron, Lib. 5. c. 30. G. de Roo. Lib. I.

roli Craſſi & Arnulphi ſeculo floruere. Eorum poſtremo Hartmanno ſeniore Anno 1264. vita defuncto, ſororis Hedwigis vel Hedwigæ ex Alberto Habspurgio filius Rudolphus hæreditatem eam ſibi vindicavit. Ex hujus poſteris Leopoldus Dux Anno 1384. & 86. Comitatum hunc Comitibus Toggenburgiis, hi Bregantinis pignori dedere, inde tempore Concilii Conſtantinenſis Sigismundus Imperator jure in terram hanc Friderico Auſtrio adempto Tiguro oppignoravit, cui ſuum quoque Toggenburgii Comites vendidere. Reddidit quidem Urbs Comitatum Friderico Imperatori Anno 1442. at recepit Anno 1452. à Sigismundo Duce Auſtriæ, multo ære alieno Civitati obſtricto.

Goritiæ. Terram hanc clientelæ ſive *feudi* Jure à Rep. Veneta quondam habuiſ-
ſe

se Comites ejus, sunt (*b*) qui affirment, ex quibus Leonhardus (*c*) nullo relicto hærede, Anno 1501. vita excessit unde Comitatus iste Austriacæ Domui obvenit, cui jam magna ex parte pignoris jure obstrictus tenebatur.

Alsatiam à Theodorico Francorum Rege Ethiconem quendam, ex majoribus Habspurgi Comitum seculo septimo accepisse (*d*) referunt, licet alii Gunthrami demum vel Gonzelini, qui seculo decimo vixere temporibus, eam Genti huic, extinctis prioribus Landgraviis, obvenisse putent. Landgravii Alsatiæ.

Landgravii titulo (*e*) Adelbertus vel Albertus Dives Rudolphi I.

(*b*) Fr. Sanson. dell. Orig. delle case illustri d. Ital. in famil. Portia. p.242.

(*c*) G. de Roo Lib. XI.

(*d*) Spener. p. 2. Aliter Stumpf. Lib. VII. c. 22. sub fin.

(*e*) Spener. p. 4.

Imp. Proavus, primum usus est. Majorem tamen ejus partem Egesheimii Comites, ejusdem cum Habspurgiis, ut videtur, prosapiæ, tenuere, quibus deficientibus, cum Albertus Hohembergius Ludovicus Oetingensis, qui postea portionem suam Episcopo Argentoratensi, (f) cui inde titulus, vendidit, & Albertus Habspurgius Rudolphi pater, hæreditatem eam sibi quoque vendicarent, Albertus Habspurgius (g) pacta filio Hohenburgii filia Anna, ut hic jure suo decederet, impetravit, atque ita meliorem Lusatiæ partem sibi Gentique suæ adquisivit. Ita permulta secula possessam Galli nuperis Germaniæ bellis, tanquam armorum lege captam, & postea pactionis Monasteriensis jure

(f) G. de Roo. Lib. I.
(g) Limn. d. c. 2. n. 11.

jure (*b*) concessam regno adjicere. De titulo tamen non convenit, quem Austrii sibi retinere satagebant. Et quanquam id consilii ordinum Legati Osnabrugæ tum commorantes suggesserant, ut tabulis pacis, Ferdinando II. tota consuetorum titulorum pompâ circumdata, quibus & Alsatiæ nomen continebatur, pauciores Imperatorium regnati tanquam vitando inutili verborum paratui, adscriberentur cui tamen extra Tabulas titulus iste maneret, quanquam eo Gallus illum compellere non teneretur; nihil tamen, quod sciam certi in earum rem conventum, quin potius Tabulis monasteriensibus cautum, ne adscriptus iste Cæsari Gallorum juribus officere censeretur.

Marchiam hanc Croatiæ conter- Mon-ni Marchiæ Vene-

C 4 mi-

(*b*) Instrum. Pac. Gall.

dorum (Wendisch Marck) minam (i) ad Slavoniam, ut videtur, olim spectantem, ut &

Portus Naonis A. C. 1271. Portum Naonis, in Foro (k) Julio, juxta cum Carinthia, Carniolaq; ut supra memoravimus, emptionis titulo ab Ulrico Carinthio (l) Ottocarus comparavit, sive ut alii, (m) scriptus ab isto hæres crevit. Inde cum Austria aliisque supra memoratis in Albertum Rudolphi I. Imperatoris filium transiere.

Salinarum. In Burgundia, cujus Dynastas Principum loco atque dignatione habitos, sunt qui (n) affirment.

CAP. II.


(i) Phil. Cluver. Introd. Geograph. Lib. III. c. 12. §. 2.

(k) Bert. rer. Germ. Comment. Lib. II. cap. 3. Gerard. de Roo. Lib. I. Limn. d. c. 2. n. 12.

(l) Cranz. Vandal. Lib. VII. c. 19.

(m) Jo. Aventin. Annal. Bojor. Lib. VII. p. 566.

(n) Bert. d. l.



CAP. II.

De Gente Saxonica.

Wittekindo ejusque Majoribus regnum in Saxones plerosque tribuere, neminem latet, at incerta id fide niti, atq; Wittekindum Angrivariorum tantum atque Westphalorum Ducem, nec hæreditario quidem jure fuisse, melioris notæ Autores (*a*) nostræ ætatis ostendunt. Et observaverunt jam ante hos alii (*b*) non semper *Regis*, sæpe & *Ducis* aliove no-

I. Familiarum in Saxonia successio.

Wittikindea.

(*a*) Vid. H. Conrig. ad Lampad. de Republ. Rom. Germ. Part. III. c. 5.

(*b*) Georg. Fabric. Orig. Saxonic. Lib. IV. p. 425. Occidentalium Saxonum *Primarium* vocat Jo. Avent. Annal. Bojor. IV. p. 243.

mine regio minore Wittekindum hunc ab antiquis scriptoribus compellatum fuisse,; haud forsan adeò incommodè conciliandis, si, quod, nullo quidem certo auctore. Crantzius (c) refert, Saxoniam tum duodecim Proceres alternis vicibus & ambulante ex certo temporis spatio ordine, administravere, ex quibus ingruente forte bello rex delectus, quem series prouinciæ gubernandæ contigerat. imperium militare non ante positurus, quàm positis armis pax rediisset. Dictatorum ferè ad formam, (nisi quod semestri spatio tam periculosa libertati dignitas definiebatur,) quos subeunte ingentis bellì formidine summa cum potestate creari, apud Romanos moris erat: Aesymnetis etiam Regibusque Laconicis non omnino incongruè comparares, quorum in bel-

(c) Saxon. Lib. 2, c. 22.

bello adminiſtrando munus maximè atque facultas verſabatur. Eamque ſortem Wittikindo obveniſſe ajunt, cum arma Saxoniæ Carolus Magnus inferret. Eique licet victo debellatoque, manſiſſe tamen benignitate victoris in terras ſuas Angrivariam ſaltem (*d*) Imperium, referunt, cujus è filio Wittikindo nepos Dietgremus, à patruele Ottone Magno Imperatore, Saxoniâ, neſcio quam ob cauſam pulſus (*e*) Hermanno Billingio, nobilis, aut ut alii (*f*) volunt, illuſtrioris proſapiæ viro locum fecerit, Saxoniæ Ducatu in *Billingiana.*

(*d*) Helmold. Chron. Sclavor. Lib. I. c. 3. Cranz. d. Lib. c. 24. & 26. Aventin. d. Lib. IV. P. 245. 246. G. Fabric. d. Lib. p. 435. Chytr. Lib. I. p. 73.

(*e*) Helmold Lib. I. c. 10. Reinecc. Append Helmold de Familia Billingiana. Cranz. Saxon. Lib IV. c 15. & Lib. V. c. 25. Fabric. Lib. II. p. 161. Lehmann. Chron. Spir. Lib. V. c. 5.

(*f* Henr. Meibom. Wndic, Billingian.

in fortitudinis fideique præmium ab Ottone donato. Et duravit familiæ honor, donec Magnus, Hermanni Abnepos in partes Rudolphi Suevi adversus Henricum IV. transgressus rebellione amitteret, quæ Abavus officiis & constanti in Cæsarem obsequio meruerat. Huic sive isto quod diximus crimine, patrimonio mulctato, sive ut alii, (g) absque mascula sobole vitâ simul opibusque exuto *Lotharius Comes Supplinburgius*, Comitum Quervordensium prosapiâ ortus, & (h) qui jam Rixæ uxoris jure Henrico Comite Northeimio, atque Gertrude ex Misniæ Marchionum familia, prognatæ non spernendam Saxoniæ partem indeptus erat, Anno CIↃCVII. volente Henrico V, Imperatore success... *Supplinburgia.*

(g) Helmold. Lib. I. c. 36. Utrumque tradit Cranz. Saxon. Lib. V. c. 26.
(h) Cranz. d. Lib. V. c. 25.

ceſſit, qui mox benevolentiæ pœnitens, Hojero Mansfeldiæ Comiti (*i*) provinciam deſtinavit, antequam benevolentiæ fructum caperet, memorabili prælio occiſo, quo iſthinc Cæſareanis duce Hojero, inde Saxonibus ſub Lothario pugnantibus, quadraginta millia hominum utrinque cæſa memorantur. At Lotharius poſt Henricum Imperator creatus generum (*k*) Henricum Superbum, Catulum quidam vocant Bavariæ Ducem, ſibi ſuffecit, qui (*l*) defuncto Lothario conſignata ſibi à moriente Imperii inſignia retinendo plusquam civilia agitare viſus & adverſus Conradum Imperatorem ea repoſcentem pervicax, Cæſaris Procerumque Goslariæ eam in rem coactorum decreto Saxoniâ cedere *Lüneburgiæ.*

(*i*) Helmold. Lib. I. c. 41. Bert. d. l.
(*k*) Helmold Chron. Slav. Lib. I. c. 54.
(*l*) Lehmann. Chron. Spir. Lib. V. c. 59.

dere jussus est, Alberto Urso filio Ottonis Comitis Ballenstedii (is Anhaltino-Lauenburgiam gentem condidit,) Magni, Billingianorum postremi ex filia Heilike nepoti concessâ, Alii (m) in diversum memorant; post obitam nempe à Lothario mortem enata inter Henricum istum Albertumque dissidia, inde Henrico suam esse Saxoniam contendente, isthinc contra vindicante Alberto. Hic matris, quam nominavimus, Heilike, Magni filiæ, alter parentis itidem Wulfildis, eodem Magno prognatæ, tum Gertrudis, conjugis, soceri denique concessione nitebatur. Exspectabatur Imperator, qui tantas lites componeret: Et subrogatus Lothario non multo post Conradus III. Suevici generis Princeps in Albertum

(m) Helmold Lib. I. c. 54. Cranz Saxon. Lib. V. c. 25. & 34. Lib. VI. c. 7. & 8.

tum pronior, nimiamque Henrici potentiam veritus, secundum istum litem dedit, injustum esse caussatus, atque mperii decori commodisque adversum, duobus Ducatibus unum potiri. Inde, sententiam adsper- nante Henrico, ex jure manu con- sertum vocati, armis decertavere. Prævaluit Henrici fortuna, suis so crûsque, Rixæ Imperatricis (*n*) opi- bus defensa. Et mortuus tùm op- portunè Henricus Marchio Bran- denburgensis (*o*) nullò superstite hærede, sopiendæ contentionis fa- cilitatem adjuvit, vacuefacto nimi- rum Marchionatu, quo publicis Imperii Comitis Quedlinburgi eam in rem celebratis accepto Albertus Saxonia æmulo cederet. Ita isti: quidquid tamen ejus sit, utcumque ab Henrico amissam recuperavit: ejus filius Henricus Leo, multis in

Fri-

(*n*) Helmold. Lib. I. c. 56.

(*o*) Granz. d. c. 8.

Fridericum I. Imperatorem meritis patertum crimen expiasse creditus, at cum is (p) Cæsarem Alexandriæ obsidioni incubantem, excommunicatum illum à Pontifice Rom. obtendens sive, ut alii, (q) expeditionem Italicam parantem, senium maximè labantesq; corporis viris caussatus desereret, rursus Saxonia in Bernhardum Alberti Ursi filium Anno 1580. collata, terræque ac honoris istius possessio Anhaltinæ genti certior aliquantùm stabiliorq; neq; tamen perpetua effecta, eo tamen benignitatis (r) in Bernhardum, & in Henricum ultionis modo, ut salvo huic Brunsuicensis Luneburgiæque ter-

Anhaltino: Lauenburgia.

(p) Bert. d. l.

(q) Arnold. Lubec. Chron. Sclav. Lib. II. c. 15. 16. & 24. Cranz. Saxon. Lib. V. c. 25. Lib. VI. c. 35-44. Vandal. Lib. VI. c. 12. & 13. Aventin. Annal. Bojor. Lib. VI. sub fin. Chytr. Saxon Lib. II. p. 62. Lib. III. p. 73. Lib. VI. sub princ. & Lib. XII. p. 300

(r) Cranz. Saxon. Lib. VIII. c. 28.

terræ patrimonio ditio ad Albim cum agro Wittenbergensi Bernhardo pareret. Idque secuta ætate, inter Albertum Bernhardi filium, atque Ottonem Henrici nepotem, sententiâ Friderici secundi firmatum. Atque is est Bernhardus, qui (s) familiæ suæ arma à paternis fratrum insignibus, (trabes eæ erant, in clypeo transversæ, nigro fulvoque colore variatæ,) aliquâ accepti Ducatûs notâ distingui rogans, ex rutâ sertum, quod Imperator forte capite per æstum gestabat, supplicis clypeo injectum retulit, quod sub-[...]otis istius Domûs Principibus, [...]am Misnici servavere. Et vero [...] istis ultimus Saxoniæ imperavit [...]) Albertus VI. quo Anno 1421.

CX-

s) Idem Lib. II. c. 22. Lib. V. c. 25. d. [...] VIII. c. 28. Chytr. Lib. I p. 38.

[...]) Idem Saxon. Lib. IX. c. 5. & Lib. XI. Chytr. Lib. 2. sub princ.

Misnia seu hodierna

extincto Misnicæ tandem familiæ Principes Saxoniæ terras cum Electoratu à Sigismundo Imperatore acceperunt in operæ redhostimentum, quam Fridericus Bellicosus Cæsari contra Hussitas belligeranti præstiterat. Easdem (u) cum Se temvirali honore filiis suis hinc Ludovicus Palatinus, illinc Fridericus Brandenburgius, Electores petierant. Cæsare repulsam maxime majorem legumque obtentu excusante, quibus incongruum duxit patrem simul filiumque Septemviratus jure gaudere. Acerbius et Sigismundi in Fridericum liberalitatem Ericus Lauenburgius (x) tulit, qui translatam in alios suæ quondam gentis hereditatem moleste ferens, pari dolore commoda alienis ac suos, ut interpretabatur, injuria me-

(u) Fabric. Orig Saxon. Lib VII p 696 seq.

(x) Limn. Tom. II, Lib. III. c. 10. n. 2-13.

metiebatur, Agnationis Jura memorando, cujus primam in successione Electorali rationem haberi, legibus (*Aurea Bulla*) institutique majorum conveniat. Et quod amplius videri poterat, ad ipsas Imperatoris litteras provocabat, quibus Erico, quando casus daretur, nixam jam propinquitatis titulo successionis spem ipse firmasset. At Cæsar suum in amicum Principem beneficium tuiturus nihil ex Imperii legibus derogatum ostendebat, quarum præsidio ob commissam in feudo petento moram, indignum ipsum redditum etiam à Rudolpho & Alberto Electoribus spretũ, ipsam, qua is maximè nitatur, agnationem deficientibus, præterito eo Anhaltinos prælaturis, ut quem ne vexillo idem manum admonere passi sint, in fide Imperatori obsequioque amisso, Electoratus terras munia-

que

que ſolenni ritu accipiunt, neque cum illo commune quidquam, aut heredem eum ſibi eſſe voluerint. Litteras ab aulicis ſuis in Erici favorem corruptas nihil juris in iſtum conferre, quem ſolo Lauenburgio Ducatu à ſe donatum, unico vexillo, Ducatus inſigni, teſtatum fecerit. Prævaluere Cæſaris auctoritas, argumenta, Miſnicorumque opes Erici quærimoniis, Friderico Marchione, poſtquam Poſonii in Pannonia honorem ſeptemviratûs titulumque Budæ inſignia, per Joannem Stuligenſem Landgravium accepiſſet, jubente ita Cæſare, Joannis Comitis Lupfenſis miniſterio Anno 1426. in Saxoniæ poſſeſſionem deducto. Et quanquam Joannes Lauenburgius Anno 1471. Electoris Saxoniæ titulum, & nuper Anno 1667. Julius Franciſcus inſignia Electoratus, duos ſcilicet Enſes

ses supremi Mareschallatus munus designantes usurparent, Cæsaris tamen (y) jussu, abstinere iis coacti integra Misnicis jura servavere.

(y) Käyserl. Inhibition-Schreiben an Sachs. Lauenburg / wegen angemasseter Chur-Schwerdter / Datum Wien 21. Jul. Anno 1667.

II. Divi-

II. Divisiones Familiæ Saxonicæ.

- Fridericus bellicosus Elect. Dux Sax. creat. Anno 1423, vel 1424.
  - Fridericus placidus n. 1411.
    - Ernestinische oder Alt Churfl. Ernest⁹ El. nat. 1441
      - Fridericus sapiens n. 1463. ob. 1525.
        - Churfl. Joh. Fr dr. ein Electoratus adēptus nat. 1503 ob. 1554.
          - Gotha. Joh. Fridr. obiit receptu Grumbachii &c. terris suis mulctatus n. 1592. ob. 1595.
          - Weimar. Joh. Wilh. n. 1530. ob. 1573.
        - Coburg. Johannes Ernestus n. 1521. ob. 1553. in quo defecit.
    - Albertische oder Fürstl. Albertus Animo⁹ n. 1443. ob. 1500.
      - Henricus nat. 1473.
        - Dresden od Neu Churf. Mauritius Elect. loco Joannis Friderici creat A. 1547.
        - Augustus El n. 1526. ob. 1586. - Joh. Georg. Elect n. 1585. ob. 1656.

Coburg.
Joh Casim.
def. A. 1633.

Eisennach.
Joh Ernest.
def A. 1638.

Altenburg.
Fridr W'ih.
def. A. 1672.

Weimar.
joannes n.
1570. ob.
1605.

Weimar
Wilhelm.
n. 1598.
ob. 1662.

Eisenach.
Albertus
defecit
A. 1644.

Gotha.
Ernestus
n. 1601.
ob 1675.

Weimar.
johannes Ernestus.
nat. 1627.

Eisenach.
Adolph. Wilhelm. n.
1632. def. A. 1668.

Marckful jam Eisenn.
Joh Georg n. 1634.

Jena.
Bernhardus n 1638.

FRIDERICUS n. 1646.
Albertus n. 1648.
Bernhardus n 1649.
Henricus n 1650.
Christianus n 1653.
Ernestus n 1655.
Joh Ernest. n. 1658.

Johannes Georgius Elector. natus Anno 1585. obiit 1656.

Chur-Fürstl.
Joh. Georg. El.
n. 1613.

Querfurt.
Augustus Administrator Arch.-Episcopatus Magdeburgensis.

Mörßburg.
Christianus n. 1615.

Naumburg.
Mauritius n. 1619.

III. Explicatio Tituli Saxon. Ducis Saxoniæ. Spectant huic, quæ de Electoratu atque Ducatu Saxoniæ Sigismundi Imperatoris auctoritate ab Anhaltinis seu Lauenburgiis in Fridericum Bellicosum translato, supra habuimus.

Juliaci, Cliviæ & Montium. Terris his suí quondam peculiares cuique Domini fuêre, & quidem Bergensi. comitatui initium dedisse perhibetur Adolphus (z) regnante Henrico Aucupe; Hujus familia cùm in Adolpho IV. circa Annum 70 desiisset, Guilielmo I. Juliaci Comiti beneficio uxoris (Adolphi ea soror erat.) obvenit.

Hujus pronepos Gerhardus II. Juliaci Bergæq; Comes, Anno 1247. rebus humanis exemptus duos filios, (a) Guilielmum & Adolphum istum Juliacensis, hunc Bergensis Comitatus hæredes habuit. Guilielmi pronepos Guilielmus IV. pri-

(z) Chytr. Saxon. Lib. III p. 84.
(a) P. Bert. Rer. German. Lib. II. c. 19.

(b) primum Marchio (Anno 1336.) post (Anno 1389.) Dux Juliaci à Carolo IV. Imperatore in Comitiis Metensibus salutatus est. Quo natus Rheinoldus, sine liberis moriens, sororem, cui Joannæ nomen, reliquit, matrem Mariæ, Joanni Egmondano Geldriæ Duci nuptæ, quam fratris hæreditate depulit Adolphus Bergensis, cujus pater Guilielmus (c) Ducis honore â Wenceslao Imperatore affectus fuerat. (Anno 1389.) Et cessit tandem ejus nepoti Guilielmo Adolphus Gelder nepos i-idem Joannis Egmondani, jura, quæ in Juliaci ditionem pater avusque obtenderant.

Cliviæ quoque sui quondam Comites imperavere, quorum familia (ejus Originem à Justiniani II.

D Im-

(b) Idem ibidem. Chytr. Saxon. Lib. XV. p. 385.

(c) Bert. & Chytr. dd. ll. Limn. Tom. II. Lib. V. c. 10.

Imperatoris ævo aliqui repetunt) in Theodorico X. finiens, Adolpho II. Altenæ & Marcæ Comiti locum fecit. (*d*) qui Coloniensium hactenus Præsul comperta Theodorici morte, Clivensiumque in ipsum affectu, abdicato ArchiEpiscopatui velut alieno Comitatum prætulit, commodiori & duraturo ad posteritatem jure habendum, accepta insuper, quo pluribus munimentis insisteret, in matrimonium Mariâ Theodorici filia, (alii Margaretham Gerardo Bergensi natam Adolpho jungunt,) non minus uxoris jure quam voto Civium Comitatum adeptus. Hujus filius (*e*) Adolphus III. Principum ordini à Carolo IV. Imperatore adscriptus, successorem habuit Adolphum IV. (*f*) Ducis titulo à Si-

(*d*) Chytr d. Lib. III. p. 83.
(*e*) Bert. d. l.
(*f*) Bert. ibid. Chytr. d. p. 83. Cranz. Saxon Lib. XI. c 1.

Sigismundo Imperatore in Concilio quod tum Constantiæ habebatur (Anno 1417) ornatum cujus Pronepos Joannes III. cognomento Pacificus, (g) Mariam Guilielmi Juliaci & Bergæ Ducis filiam, conjugem nactus, Ducatus istos, (h) Caroli V. indulgentia. Gallicis partibus (i) ea ratione Joannem abstracturi, sibi vindicavit, ingenti Saxonum questu, successionis jura in terras istas, in (k) Albertum Animosum, Saxoniæ Ducem, suis erga Cæsarem (bellis contra Carolum Burgundum, atque Matthiam Hungariæ Regem strenuè adjutum) & Imperium (asserto ejus in Archiepisco-

(g) Chytr. d. l.

(h) Käyserl Lehn-Brieff auff Hertzog Johann von Cleve über das Fürstenthumb Jülich. dat. Brüssel 22. Jun. Anno 1521.

(i) Vid. ipsæ Caroli Imp. literæ ad Duces Saxon dat. Brüssel 6. Septembr 1521.

(k) Käyserl Expectanz dat. Gr. B. 26. Jun. Anno 1483.

ſcopatum Colonienſem Jure, quod illi Burgundi ope intervertere Præſul Rupertus intenderat,) officiis eam gratiam meritum, poſtea Maximiliani (*l*) benevolentia ad Erneſti quoque familiam productam, necquicquam memorantium, niſi quod de Jure ſuo (*m*) ſecuros eſſe juſſerat Carolus, quib⁹ poſſeſſionem interverterat, Saxonum damna in occaſionem gratiæ trahens. Reparata tamen aliquantum, & cum fœnore, videbatur injuria, cum Joannis filia Maria Joanni Friderico Saxoniæ Duci, iſta conditione dotalibus tabulis (*n*) adſcriptâ nupſiſſet, ut omnes illi, Juliaci ſcilicet Cliviæ atque Bergæ Principa-

tus

(*l*) Käyſer Maximilian. I. Confirmation der Expectanz auff Jülich und Berg. Dat. 18. Septembr. Anno 1484. & Anno 1495.

(*m*) Dd. litt. & Diplom. ſub dat. Brüſſel. 2e. Jun Anno. 1521.

(*n*) Ehe-Beredung/ dat. Mayntz menſ. Auguſt. 1626. confirm. ab Imperatore, Spiræ, 13. Maj. Anno 1544.

tus ad Saxones transirent, quando Mariæ frater Guilielmus absque filiis die förder / verba ipsa pactionis refero, keine Erben verliessen / decederet; Et (o) concessit fatis istius filius Joannes Guilielmus (Anno 1609.) nulla virili prole, quatuor tantum sororibus relictis, quarum Maria Eleonora Alberto Friderico Brandenburgio, Anna Philippo Ludovico Neoburgio, Magdalena Joanni Bipontino, minima denique natu Sibylla Carolo Burgovio Marchioni, (Ferdinandi Imperatoris ex Ferdinando Archiduce nepoti) nuptæ, dubiam successionem effecerant; Hinc Georgto Sigismundo Electore Brandenburgio, Mariæ Eleonoræ ex Anna nepote, inde Wolff-

(o) Limn. d. c. 10. Sigismund Freyberg. Germ. perturb. Part. II. c. 19. Rohan. Trutin Statuum Europæ. Part. II. Discurs. 5. & ibi Johan Arnd. Car. Caraffa German. sacr. restaur. p. 54. Acta Publica.

gango Guilielmo Neoburgio, Annæ Juliacensis filio, totam quovis sibi hæreditatem arrogântibus. privilegiis quibusdam pactisque nixis, quæ ex emolumento & in sui juris firmamentum diversi interpretabantur, trahebantve. Partem quoque ejus Bipontinus atque Burgovius, & ex ea Cliviam, Carolus Gonzaga Niversius tanquam è Cliviensium Principum domo, petebant. Contra hos Saxones iis argumentis pugnavere, quæ modo recensuimus. Cæsaris ex Imperii legibus officium erat, de disceptantium jure cognoscere, eoque ut sedatius defungeretur, Leopoldum Archi-Ducem misit, qui fiduciario nomine provincias istas administraret. Ad Brandenburgius Neoburgiusque causæ diffisi, aut parum in legibus præsidii rati, sive denique Austriorum Hispanorumque artes suspectantes,

tes, ne specie sequestri rem controversam sibi adjudicarent, militem, nummos, amicos, denique bellum parabant; quo tamen Saxones, privatis utilitatibus publicam tranquillitatem præhabentes abstinuere. Multis turbis, inter Brandenburgium & Neoburgium præsertim, multis pactis res acta, mota, pacata; nondum tamen ne inter istos quidem ex toto transacta, denique Westphalica pactione (p) ad ulteriorem disquisitionem seu transactionem rejecta, Brandenburgiis interim Clivensi Ducatu, Neoburgio Juliacensi atque Bergensi gaudentibus. Saxones tituli saltem usu suas in terras istas jura, repetendique animum testificantur.

Thuringiæ (ea (q) in Thuringiam Occidentalem atq; Orientalem

(p) Instrum. Pac. Suec. art. IV. in fin.

(q) Fabric. Orig. Saxon. Lib. VI. sub princ.

divisa Thuringiam Hassiamque complectebatur) quondam Reges non quidem sui semper Juris, (r) aliquando Francorum imperio obnoxii, dominati sunt; quorum (s) postremus Hermenfridus multis facinoribus insignis, à Theodorico Francorum Rege, ope Saxonum (t) Trans-Unstruthanam sive Septentrionalem Thuringiæ partem innavatæ operæ præmium adeptorum, victus, non sine scelere quidem (ut flagitia flagitiis puniuntur,) capite fortunisque mulctatus est. Inde Duces, Regum ut videtur, & post communicatam Germanis Romani Im-

(r) Fabric. d. l. CL. Casp. Sagittar. Epist. de antiq. Statu Thuring p 9-18.

(s) Cranz. Saxon. Lib 1. c. 26. 27. & 28. Crus. Annal. Suevic. Part. I. Lib VIII. p. 218. Chytr. Saxon. Lib. VI. p. 167. Lehmann. Chron. Spir. Lib. III. c. 3. Fabric. d. l. Sagittar. p. 19-26.

(t) Chytr. d. l. Sagittar. d. Epist. p. 23. 24. & 28.

Imperii dignitatem, Cæſarum nomine provinciæ præfuere, (u) ex quibus Burcardo (Anno 908.) prælio contra Hungaros cæſo & translatâ poſtea ad Henricum Aucupem rei Germanicæ ſummâ, coaluit iterum (x) cum Auſtrali ſive Francica ſeptentrionalis Provinciæ portio; quam majores Saxoniæ Ducum jure jampridem tenuerant. Inde Thuringiam tum ipſi Reges Henrico prognati jure patrimoniali atque hereditario, tùm alii iſtorum auſpiciis, Ducum, (y) Comitum (z) Marchionumque (a) titulo gubernavere. Hujus familia in Henrico

D 5 II.

(u) Fabric. d. Lib. p. 571. Chytr. d. Lib. p. 168. Lehmann. d. Chron. Lib. II. c. 16. p. 85. Sagittar. p. 29. 31. 32. 33. 41-45.

(x) Idem p. 47. 47.

(y) Idem pag. 52. & quem is laudat Ditmar. Mersburg. Chron Lib. V. p. 53. Edit. Francof. Anno 1380.

(z) Ditmar. d. Lib p. 55. citatus ab eodem p. 54. add. Idem p. 57. 58.

(a) Sagittar. p. 55. ſeqq.

II. cui Sancti cognomen, extincta, Conradus Saliquus Imperator Consobrino (*b*) Ludovico Barbato Comiti ex Aurelianensium principum domo provinciam, Thuringiam scilicet cum Hassia dedit, cujus posteri Landgraviorum titulo (eo primùm (*c*) Ludovicum Barbati nepotem socer Lotharius Imp. ornavit) ad seculum usque 13 eas tenuere. In postremis Hermannus fuit, cui duo filii, Henricus *Raspo* dictus, & Ludovicus, filia præterea, cui Judithæ nomen, Theodorico Misniæ Marchioni elocata: Atque istis suo fato, nulla relicta mascula sobole, defunctis, inde (*d*) Henricus illustris Theodorici ex Juditta filius, hinc Sophia Ludovico nata, Henrici

(*b*) Fabric. p. 572. Sagittar. p. 54. 57. & 58. Chytr. d. p. 168. Sagittar. p. 59. 60. 61. 64. seqq.

(*c*) Fabric. & Chytr. dd. ll.

(*d*) Fabric. p. 573. 578. 584. Chytr, d. p. 168. & Lib. XVIII. p. 480.

rici Magnanimi Brabantiæ Ducis uxor, & Henrici Pueri mater opulentam adeo hereditatem exasse quævis sibi asseruere. Duravit lis in novennale bellum, ita demum sopita, ut Hassia Sophiæ octo præterea millia *marcarum*, ut vocant, argenti acceptura; Misnensibus Thuringia cederet, adjecto mutuæ successionis pacto, (Erb-Verbrüderung, ut si Hassi aliquando deficerent, superstitibus Misnicis; hi Hassiam; si Misnici, Hassi Thuringiam obtinerent Anno CIƆCCLXIII.

Idque (*e*) CIƆCCCCXXXI. inter Fridericum Placidum Electorem, ejusque fratres, Sigismundum & Guilielmum, Saxones, atque Ludovicum Pacificum Provincialem Hassiæ Comitem renovatum est. Nec multo post Anno nimirum post reparatam orbi Salutem CIƆ CCCC LVII.

D 6 ad-

(*e*) Chytr. Lib. XVIII. p. 480.

(*f*) adſumpta in fœderis ſocietatem Brandenburgia Domus; quod cùm ſecutis proximo inde ſeculo inter Joannem Fridericum, Mauritium Saxones, Albertum Brandenburgium, atq; Philippum Cattum diſſidiis non nihil vitii contraxiſſe videretur, ſolenni Saxonum, Brandenburgiorum, atque Haſſorum qui Anno CIↃIↃLV. Naumburgi habebatur conventu, novum robur accepit.

Marchionis Misniæ. (*g*) Misniæ (*h*) Marchionatum, ut alios contra finitimos Germaniæ populos Henricus Auceps inſti-

(*f*) Erb-Verbrüderungs-Receſs zwiſchen Sachſen/ Brandenburg und Heſſen/ ſub Dat. Naumburg. Anno 1457.

(*g*) Chytr. d. l. Thuan. Hiſtor. Lib. XVI. p. 336. Edit. Francof.

(*h*) Vid. Reiner. Reinecc. von der Meißner anfänglich herkommen. Ejusdem de primis Misniæ Marchionibus è Ditmaro deducta Expoſitio Fabric. Lib. V. Albin. Meisn. Chronic. Tit. IIX. p. 96. Tit. IX. p. 101. Tit. X. p. 115, 127, & ſeqq. Chytr. Lib. III. p. 173.

ſtituit; agnato, ut volunt, Friderico, seu ut alii, Brunone Comite Wettini ei muneri præfecto, Hereditario postea jure eam ab Ottone III. Imp. accepit Eccardus I. ejusdem familiæ, multis in Cæſarem officiis iſtam gratiam meritus. Pulſus poſt à Bohemis Henricus Marchio juſſu Cæſaris Henrici IV. contra quem cum reliquis Saxoniæ Principibus ipſe quoq; inſurrexerat, eique poſtea ſuffectus agnatus Timo, Comes Wettinenſis, cujus tamen filius Conradus Lotharii Imperatoris autor tate & ope poſſeſſionem demum terræ adeptus eſt, continua ſerie ad noſtra usque tempora ad poſteros transmiſſam. (i)

Henneb'ergiorum Comitum Originem ad Columnios aliqui referunt; illuſtrisſimam apud Romanos patricii ordinis gentem, ex quibus unus At- *Comitis Principis Hennebergiæ.*

(i) Chytr. Lib. V. p. 141. Sebaſt, Munſter, Coſmogr, Lib. III, c, 492.

Attilâ per Italiam sæviente domesticos clades effugiturus in Franconiam venerit, Gallinæ indicium in condenda arce, exuli sedem præbitura, secutus, inde loco, ditioni, ipsique Columnio, mutato gentili nomine, vocabulum hæsisse. Quiquid ejus sit, antiquissimæ certe familiæ, & per aliquot secula Comitum titulo gavisæ, principis dignationem primus intulit Bertoldus (*k*), ab Henrico VII. Imperatore Anno CIↃCCCX. Francofurti, eo honore affectus, Schleusingensi prosapiâ ortus, ad quam (*l*) deficiente Anno CIↃIↃCXLIX. Agnatorum Aschacensium stirpe tota ditio transiit, non multo post ad Saxones transitura. Res ita se habet. Iniere Joannes Fridericus, Joannes Guilielmus & Joannes Fridericus junior, fratres Duces Saxoniæ cum Guilielmo ejusque filiis Georgio,

(*k*) Chytr. Lib. XXVI p. 731.
(*l*) Idem d. p. 141.

gio Ernesto & Poppone Principibus; Hennebergiæ; adsentientibus reliquis Saxonibus atque Hassis, pari jam vinculo, ut supra memoravimus, adstrictis, de futura successione pacta (m) eas in leges; ut si Saxonum familiam deficere contingeret; Coburgia ditio Hennebergici, quorum vetustis temporibus jam fuerat, à Carinthia Henrici Hennebergii filia (n) Mariti Friderici Landgravii Thuringiæ domui illata, si Hennebergici, Saxoniæ Ducibus Principatus, istorum obveniret, eo nomine ad 673040. fl. exsolvenda obligatis. A.C. CIↃCCC XLVIII.

Accessit pactioni à Cæsaribus robur, Caroli V. (22. Jan. Anno CIↃIↃLV. Bruxellis fratrisque Ferdinan-

(m) Erb-Verbrüderunngs-Receß zwischen Sachsen und Henneberg. Dat. Kahle 1. Septembr. Anno 1554.

(n) Fabric. Lib. VI pag. 650. & seqq. Chytr. d. Lib. XXVI. p. 732.

nandi (4. Augusti CIↃIↃLIX. Augustana Comitia moderantis) adsensu atque adprobatu firmatæ; & Anno ejus seculi quinquagesimo quinto Hennebergiis Comitibus subjecti in Saxonum, Coburgenses in Henne-bergiorum verba juravere. Et desiit Hennebergium genus in Georgio Ernesto, (e) qui Anno CIↃIↃLXXXIII. vitam morte commutans vacuam Saxonibus ditionem effecit, quam mox Augustus Elector Saxoniæ suo ac pupillorum Joannis Guilielmi scilicet filiorum, nomine occupatam, septem partibus his relictis, quinque sibi vendicavit. Eæ post obitam à Joanne Georgio Electore mortem, supremo hujus mandato, Mauritio, filio natu minimo, cum Naumburgensi Ditione obvenerunt, cùm sublatâ, quæ hactenus placuerat, communione, suas quisque

(e) Chytr. d. p. 731.

que portiones separatim possidendas fruendasque acciperent. (p)

Cliviæ Duces Marcæ Comitibus originem debere supra retulimus. Eos ab Aelio Gracili non satis quidem certâ fide aliqui (q) arcessunt, Justiniano II. Imperatori ut perhibent, coævos, qui ductâ in uxorem Beatrice, Theodorici *Teysterbandiæ*, (inter Clivenses Batavosque (r) mediæ,) Comitis filiâ, Civiâ (id Beatricem condidisse volunt, à Clivis nomen sortitum,) potitus, *Teysterbandiæ Cliviæque* Comitatus dignitatem à Pipinis Francicæ tum *Domûs Majoribus*, acceperis Mansit titulus hujus posteritati per aliquot secula. Ea postea in Clivensem atque *Comites Marcæ.*

(p) Hennebergische Landes-Theilung. Anno 1660.

(q) Adelar Erich Julich. Chronic. Lib. VI. c. 3. 16 & alibi passim. Vid. Limn. Tom. II. Lib. V. c. 10 n. 2 & 3.

(r) Erich. d. Lib. VI. c. 60.

atque Teisterbandiam familias sive *lineas* distincta; cum nempe Ludovici (is A. C. DCCCXXIX fata implevit), filii Eberhardus, Rupertusque, ex paterna fraternaque hereditate (*s*) iste Cliviam; hic Teisterbandiam sortiretur. Clivensibus titulus, donec ipsi esse desinerent, duravit. Teisterbandiis nonidem sui nominis amor, quo posito (Anno ꟾↃCCCLX) Theodoricus, (*t*) ejusque filius Adolphus ab *Altena* castello, prius *Wolfeshagen* vocato, Eberhardus Adolphi frater à Bergensi terra denominati meluere, uterque ab Henrico Aucupe veterum damnari. Displicuit postea & velut consenuit etiam *Altena* nomen, quod imperante Friderico I. (*u*) Adolphus Marcani Comitatus voca-

(*s*) Idem d. Lib. VI. c. 3. in fin. & c. 15. fol. 285.

(*t*) D. Lib. c. 2. & 4. Sebast. Munster. Cosmogr. Lib. III c. 206.

(*u*) Erich. d. c. 2. & c. 5. p. 256. 257.

eabulo, comparata sibi Marca arce, mutavit. Ita sui Clivensibus, sui Marcanis Comites, utrique Ludovico prognati fuerunt. Coaluere (x) iterum isti Comitatus in Adolpho, qui, ut (y) supra dictum, emortuâ Eberhardi stirpe abdicato Ubiorum Præsulatu, agnationis nuptiarumque jure, civium voto Theodorico successor à Cæsare datus Cliviæ ditioni, etiam Marcam fratris Engelberti morte vacuam (Anno CIƆCCCLX.) adjecit; postea, ut supra itidem ostensum, Bergensis etiam atque Juliacensis Comitatus, (& hunc Henrico Aucupi (z) acceptum referunt) accessere; tam felici familiæ istius fato, ut in ipsam unam concederent, quæcunque Juliaci Bergæ, Cliviæ, ceterarumque ditionum Comites atque Dynastæ, omnes

(x) Erichd. Lib. VI. c. 9 & c. 16. in fin.
(y) h cap. Tit Juliac &c.
(z) Erichd. Lib. VI c. 18. fol. 288. b.

omnes (a) ut volunt, ex Gracilis stirpe plures per prosapias diducti, unquam habuerant.

& Ravensberga. Ravensbergiam quoque ditionem proprii olim (b) Dynastæ Comitesq; habuere. Meminerunt Juliacensium Annales (c) præter Ludovicum Osnabrugensium Antistitem ex Ravensbergiorum Comitum prosapia oriundum, Eberhardi atque Ottonis ejusdem gentis Dynastarum, quorum iste exercitum Henrici Aucupis contra Hunnos (d) secutus institutis post Magdeburgi Anno ɪↄccccxxxv. ab isto eque-

(a) D. Lib: c. 16. & 17. (vid. tamen &c. 9.)

(b) Ethiconis cujusdam Domini de Ravensberg ætate Ludovici Pii, meminit Granz. Saxon. Lib. II. c. 26.

(c) Erich. d. Chronic. Lib. VI. c. 19. fol. 294. b.

(d) Idem Lib. V. c. 1. sub fin. Lib. VI. c. 18. p. 288.

questribus ludis alter (e) similibus ludis Anno CIƆCCLXXIX. Coloniæ celebratis interfuerint. Ab hisce, perfuncto sine filiis vita Ottone ad Juliacenses Bergensesve devenisse referunt (f) Margaritæ Ottone prognatæ sive beneficio, sive occasione saltem, ad domum istam, cui illa innupserat, Cæsaris sponte translata. Fuerintne is Otto, cujus modo mentio facta, neque affirmare nobis, neque negare integrum est. Alium tamen fuisse, inde conjicere licet, quod Elisabetham eadem familiâ ortam Henrico Comiti Henneb rgico Juliacensium Annales (g) sociant, qui mortalitati Anno demum CIƆCCLXI. paruerit, quod ab Ottonis istius ætate nimium quam distare videtur. Quicquid

(e) D. Lib. V. c. 11. p. 237.
(f) Spener Insign. Fam. Saxon. Sect. 1. § 29.
(g) Erich. d. Chron. Lib. V. c. 14. p. 245.

quid ejus sit, ab Ottone quodam eam ad Bergenses abiisse, non ambigitur, quam postea (*h*) à Guilielmo Bergensi, adeoque antequam Juliaci quoque Bergensemq; Ducatum Clivensis familia adipisceretur, Adolphus Clivensium Ducum primus obtinuit, pretium libertatis, quod victus iste captusque ab Adolpho, victori obtulerat.

Domini in Ravenstein. Quo tempore qua ratione, & cujus primum Ducatus Dynastia hæc accessio facta, utcunque inquireati ne vestigium quidem reperire licuit. Memorantur in Historiis (*i*) Adolphus, & in primis (*k*) Philippus Ravensteinius, Cominæo maximè celebratus at uterque ex Clivensium familia orti, quibus terra

(*h*) Vid. Joh. Arnd. in Roben. d. Discur. 5 p. 177.
(*i*) Erich. d. Lib. VI c. 10 & 11.
(*k*) Chytr. Lib. III p. 83. Phil. Comin. Comment. rer. Gallic. passim.

ra ista, ut vero simile, à patribus, fratribusve natu majoribus, sustentendæ vitæ forte concessa. Jam cum Marcæ ac Ravensbergæ Comitatu Elector Brandenburgius ex pacti cum Neoburgio formula fruitur.

Et vero hi tituli toti Electorum Ducumq; Saxoniæ Domui communes at sunt, quos non omnibus usurpare licet; Electoralis familiæ Principibus proprios, neque hos ad omnes ex æquo spectantes.

Eos inter Lusatia præminet cui à Carolo Magno (l) primùm subactæ, Henricus Auceps Marchionis (m) titulo præfecit Geronem (n) Altenburgi & Mersburgi Comitem, tuen- *Marchionis Lusatiæ Superioris.*

(l) Conring de Finib. imp. German. c 29. p. 786.

(m) V. L. du May l'Estat de l'Empire Dial. VIII. p 413. G. Fabric. Orig. Saxon. Lib. II p 115.

(n) Albin. Meisn. Chron. Tit VIII. p. 97. add. p. 108. Fabric. d. Lib. II p. 158.

tuendis maximè contra Bohemos, Polonos, & qui tùm Polonis parebant, Silesios finibus, ipsisque Lusatis in officio continendis, obsequii (*o*) pariter religionisque impatientibus. Geroni suffectus (*p*) Christianus Wettini Comes, isque honor genti (*q*) aliquantum duravit. At excidere posteri Henrici nempe pate & filius, Lusatia superiori, ab Henrico V. à quo defecerunt Uladislao sive Wratislao (*r*) Bohemo Anno 1075. concessâ. Inter hujus posteros Wenceslaus II. Anno 12... eam Electori Brandenburgio dono dedit, suffragium ejus in Comitiis Septemviralibus de creando Rege Romano habendis hoc mune-

(*o*) V. Ditmar Chronic. Lib. VI. p. 65. Fabric. d. Lib. p. 211. & 320.

(*q*) Alb n Tit. XIX 248.

(*r*) Albin. Tit. XX p. 253. 254. add. Fabric Lib. V p. 522. Aliter de his & sequentibus Conring d c. & Spener. Insignib. Famil. Saxon. Sect. 1. §. 17. & 18.

nere sibi conciliaturus. At cum mortuo Woldemaro Brandenburgio A. 1319 de successione lites orirentur, Lusati Joannis Bohemiæ Regis imperium sponte sua, seu jussu, decretove, aut adsensu saltem Ludovici Bavari Imperatoris subiere; quanquam sint, (s) qui post Woldemarum, Henricū Javeræ in Silesia Ducem eis imperasse dicant, cujus demum obitu ad Bohemos isti reversi sint.

Inferior Lusatia Anno 1296. Wettinensibus, sive Misnicis ab Alberto Brandenburgio Adolphi Imperatoris contra istos partes sectante adempta. (t) Nec tamen iste malè partis diu gavisus est. Bohemi quippe ab Alberto Imp. Adolphi dum is regnaret, æmulo instigati eam invadentes sibi asseruere, ejusque possessio his pacto postea Henrici VII. Imperatoris & Bohemiæ Regis cum Fri- *& inferioris.*

E de-

(s) Albin. d. p. 254. add. Christian. Gastel. de Stat. publ. Europ. c. 23. n. 23.
(t) Albin. ibidem.

derico Forti (*cum admorsa gena*) Misniæ Marchione firmata. Tandem postliminio velut, ad Wettinensium propaginem utraque Lusatia nostro hoc seculo rediit, Cæsaris jussu à Joanne Georgio Electore Saxoniæ occupata, (*u*) & ob navatam Ferdinando Bohemorum defectione laboranti egregiè operam, impensasq; in rem istius septuaginta duas, quas vocant, *Tonnas*, Domui hujus *Feudi* jure concessa. Atq; eo titulo omnes Electorali domo prognati utuntur.

Burggravii Magdeburg. Burggraviatus Magdeburgicus Electori proprius est. Et quidem (*x*) Burggraviatûs plerumq; exercendis in terris Ecclesiasticis judiciis, quorum priscis temporibus nulla Episcopis facultas, constitutos, putant; li-

(*u*) Spener. Geneal. p. 133. & Insign. Saxon d. l. Gastel. d. c. n. 24.

(*x*) Albin. Meisn. Chron. Tit. VIII. p. 9 laudatus etiam à Limnæo Tom II. Lib. 7 c. 4. n. 82. Conr. Dissert. de Ducib. & Comit. Imp. §. 17. Cruf. Annal. Suevic. I. 1. 1

etetiam extra eas Arcibus aut Præfecturis Imperialibus tales *Castellanos* impositos, alii ostendant.

Atque hanc ipsam ob causam, Norimbergensium præterea Burggraviorum exemplo, diu postquam Burggraviatu gavisi fuerant, Principum honore auctorum, aliorum denique, (Kirchbergiorum, Donaviorum &c.) qui quanquam Burggraviorum nomine insigniti, Principum dignatione censeri ne flagitent quidem, non incongrue quidam sibi collegisse visi sunt, non illico Principum loco habendos, qui inter Burggravios numerentur. Diversæ sententiæ sua in causa illustrem defensorem egit Christophorus Bernhardus Monasteriensium Præsul, cum proximis ante hæc Comitiis (y) Strombergii Burggraviatus Titulo in Principum Imperii Senatu, Jus suffragii sibi deposceret. Econtrario etiam Electo-

(y) Memorial an Reichs-Convent dat. 9. Jun. A. 1653.

ri Saxoni, Joanni Friderico eum honorem Burggraviatui Magdeburgico (z) fortè asserenti, adversatus Henricus Brunsvicensis, ministerio ea iure, exequendis Archiepiscopi jussis, non Principis munere Burggravium fungi, affirmare (a) sustinuit; ne *feudi* quidem *Imperialis* jure Burggraviatum istum haberi asserere ausus. Cæterum, quod Magdeburgi Burggraviatum attinet, (b) eum post Hermannum Billingium, Hardeccios aliosque, Comites Schrapelavii habuere, quibus dejectis eum (c) in Rudolphum I. Electorem Saxoniæ Alberti II. filium suumq; ex filia Agne-

(z) Apud Frid: Hortled. von den Ursachen des Deutschen Kriegs. Part. I. Lib. IV. c. 5. n. 60. p. 955. Edit. Gothan.

(a) Apud Eund. d. Lib. c. 6. n. 77. p. 997.

(b) Lehmann. Chron. Spir. Lib. V. c. 1. Albin. Tit. XVI. p. 201. 216. Limn. Tom. I. Lib. III. c. 11. n. 17. & d. c. 41. Spen. p. 249. Fr. Irenic. Germ. Exeg. Lib. III. c. 112. Laur. Peccenstein. Theatr. Sax. c. 20.

(c) Chytr. Saxon. Lib. XV. p. 380.

se nepotem Rudolphus Imperator contulit, postea ad Fridericum Bellicosum Misniæ Marchionem à Sigismundo Cæsare una cum Electoratu Ducatuque Saxoniæ translatum. At (d) cum prioris familiæ Duces Burggraviatum hunc cum Urbe Gomern Civitati Magdeburgensi 22000. fl. aut vendidissent aut pignoris loco dedissent ea Joannes Fridericus Elector refuso, quod diximus pretio, A. 1538. resumsit. Verùm turbante (e) jura reditusque Alberto Archiepiscopo, ...ad arbitros, Saxoniæ nempe, Brandenburgi & Hassiæ Principes mutuis scilicet successionis pactis adstrictos delata, ita tandem Anno CIↃIↃLXXIX. opera Joannis Georgii Electoris Brandenburgici, & Guilielmi Catti

E 3 com-

(d) Chytr. d. l. add. Spener. Insign. Saxon. Sect. I §. 23. Gastel. c. 24. n. 3.

(e) Vid. Schrifft des Churf. zu Sachsen an die Landstände des Stiffts Magdeburg / die Burggraffschafft zu Magdeburg / betreffend. Anno 1538. apud Hortled, d. Part. I. Lib. V. c. 5 add. c. 6. & 7.

composita, (f) ut abdicatis reliquis in hunc Archiepiscopatū & Hallensem præsertim Urbem juribus Elector Burggraviatum in præfecturis extra Archiepiscopatum sitis, nempe Ranis, Elbenau & Gottau consistentem, simulque titulum ejus sibi suisque in Electoratu successoribus retineret.

Domini Tonnæ Tonnæ Dynastiam Gleichenses Comites nostro adhuc, quod agimus seculo tenuere, à . . . . postremi, ut volunt, (g) Tonnensium Dominorum filia Sigismundo Gleichensi, A. CIƆCCCCIIX dotis loco allatam. At vetustiorem multo Dynastiæ istius Comitibus possessionem fuisse antiquis litterarum monumentis rerum istarum gnari affirmant. Istud aliquantum certius, Tulsteum (cum Ufhovia, jam Nobilium

Gol-


(f) Extract-Vertrag zwischen Churfürst Augusto zu Sachsen/ und dem Administrator zu Magdeburg 26. 10. Jun. 1579. apud Hortled. d. Lib. VI. c. 29.

(g) Laur. Pescenstein. Theatr. Saxon. Cap. 16. p. 243.

Goldackerorum,) à Landgraviis Thuringiæ, Gleichensibus, Tonnæ jam potitis, adjectam esse, exstincto isto circiter tempore Hermanno Baronum Salzensium ultimo, cujus Majores cohibendis, qvæ post obitum ab Henrico Raspone mortem ortis inter Brabantinos Misnensesque de hæreditate illius acerbissimis diutu[illegible]s que bellis per Thuringiam invaluerant, injuriis, arcem Tulstetti condiderant. Ita tunc non Tonnæ Dynastiâ Gleichenses, sed accesfione quadam Dynastia adaucta [illegible] tque inde er[illegible]m originem suspicaremur, si conjecturis indulgere luberet. Finem Gleichensi familiæ posuit Joh. Ludovicus, qui sterile cum Erdmuthi Juliana Hohensteinia matrimonium expertus, annuente Joh. Casimiro Saxoniæ Duce, ita res suas instituerat, ut si quando sine liberis decederet, Hohenloicis atq; Schwarzburgicis Gleichensis Comitatus, Tonna Christia-

no Pincernæ Tautenburgio, & hujus quoq; familia deficiente, Christiano atque Wolrado Waldecciis eorumve posteris Comitibus obveniret. Invenere fata utrique casûr viam; Joanne Ludovico A. CIↃIↃCXXXI. & novem post annis Christiane, utroque sine prole, humanis rebus abreptis. Inde à Waldecciis habitam emptionis Jure non ita pridem patrimonio titulisq; FRIDERICUS adjecit; qui defuncto aliquot ante annos patre ERNESTO PIO, Gothæ, Altenburgi, Coburgi, & quæ harum conditionem sequuntur, Hennenbergiæ ditiones, suo Fratrumq; nomine regundas, supremo istius jussu accepit, cujus Vices vivi adhuc, at senio nimiaq; negotiorum mole confecti pari jam tum prudentiæ industriæque laude obierat. Et vero Titulo Dynastiæ hujus non nisi Ipse gaudet sibi tantum, & quos ex Eo nasci contigit, contingetve, comparatæ.

CAP. III.



CAP. III.

De Gente Palatino-Bavaricâ.

PAlatini quondam (*a*) apud Romanos Græcosq; Imperatores dicti, qui Principi Aulæque ministrabant; atq; postea (*b*) apud Francos, istorum instituta nominaq; plerumq; imitantes, aulici in Palatinos majores minoresq; (quasi diceres Ober- und Unter Hoff-Aempter) distincti fuere. Primas (*c*) tenuere Palatii Comites, quibus præcipua Pacis belliq; negotia innitebantur. Et ad hos à minoribus judiciis provocatio fuit, exceptis Procerum causis, de quibus, nisi Regis

I. Palatini prisci apud Romanos, Græcosque Imperatores, & veteres Francos Palatii Comites.

(*a*) Marquard. Freher Orig. Palat. Part I. c. 1. & Part. II. c. v. Hubert. Thom. I. Leod de Palat. Orig. P. Pithæus Observ. de Palatin. Frehero ann. p. 6. & 7.

(*b*) Bert. rer. German. Lib. II. cap. 10. Lehmann. Chron. Spir. Lib. II. c. 6 & 13.

(*c*) Idem c. 9, add. Pithœus d. Obs. p. 10.

gis mandato, judicare nefas erat. Atq; isto munere Merovingorum temporibus, unus plerumque fungebatur; quod mutatum, ut videtur, a Carolo Magno, plures constituente, ut divisæ dignitatis, cujus occasione Pater Avusque Merovingios honore regio exuerant, minor & regnantibus tutior potentia esset. Et ut conjicere licet, ex omnibus quibus Franci imperitabant, provinciis delecti, qui aulâ colerent, popularibus quisq; jura sua dicentes reddentesque. Post (*d*) in provincias missi, qui Pfaltzgraviorū titulo ornati Cæsarum, Regumve vice, Tribunalia præsiderent (*e*) fisci Augusti, prædia Salica, redditus regios curarent, censui præessent; tanta eqvidem auctoritate, ut invitis istis Duci Provinciæ, quem dignatione proximè contingebant, statuere quid

Unus

Plures.

In aulâ ex provinciis lecti.

In provincias missi.

(*d*) Best. d. c. 10. Freher. Part. I. cap. 2. p. 10. & 16. Limn. Tom. II. Lib. IV. c. 4. n. 35. Pithœus p. 12.

(*e*) Ita Palatini Comitis officium describit Jo. Aventi. Annal. Bojor. Lib. IV. p. 383.

aut decernere nefas esset, ad Cæsarem relaturis, si hujus sententia displiceret. Et pro magnitudine provinciæ, uni plures (*f*) sæpe Palatini fuere. Et quidem vel unam Saxoniam quinque talibus Dicasteriis, Pfalzis seu Curiis, Cronæ nimirum, Werlici, ipost Goslariæ, Walhusæ, Alstedti & Mersebur- gi gavisam, (*g*) speculi Saxonici autor memorat, nisi Cæsaribus forte (*h*) ista loca destinata, curias ibi habituris, si ipsi adventassent; At verò, cum quatuor velut insignioribus Provinciis Germania ferè componeretur, Saxonia nempe, Bavariâ, Franconiâ, atque Sveviâ, singulas sui Palatini (*i*) habuere, cæteris potestate atq; dignitate potiores. Inter istos, & absorptis *Palatini Saxoniæ.*

E 6 for-

(*f*) Vid. idem ibid. ubi Arnulphum & Hermannum Præfectos Prætorio sive Palatinos Bojariæ ab Ottone Imper. declaratos refert. (*g*) Lib. III. artic. 62.

(*h*) Ita Pomar. in der Sachsen Chron. apud Spener. insig. Saxon. sect. 1. §. 14.

(*i*) Specul. Svev. Lib. I. cap. 19. apud Lund. §. 19.

(*k*) forte duobus reliquis, Saxoniæ, (*l*) qui tamen post Guilielmum I. ex Misnica familia titulo isto uti desierunt: & maxime Palatini Rheni eminuere, quorum illud (*m*) præcipuum inter alia munus honosque, ut vacante imperio, iste tractum Saxonicum, qui Saxonico scilicet jure regebatur, hic Rhenanum, cum provinciis Franconico jure utentibus vice sacra gubernarent. Cæterum quas ii ante quinq; vel sex secula terras tenuerint, (*n*) obscurum est, quanquam veteres illos Palatinos Rheni in inferioribus

Rheni.

Eorum ditio.

(*k*) Idem ibid. (*l*) De his vid. G. Fabric. Orig. Saxon. Lib. I. p. 80. 90. Spener. Insign. Saxon. d. §. 14. (*m*) Aur. Bull. Car. IV. Freher. d. Part. I. c. 3. p. 22. & c. 15. 16. Pithhœus p. 12. add. Spener. d. sect. I. §. 15.

(*n*) Lehmann. Chron. Spir. Lib. IV. c. 7. Freher d. c. 3. p. 20. c. 11. & Part. II. c. 1. in fin. Pithœus p. 13. 14. Munster Cosmogr. Lib. III. c. 350. & 351. ubi conjicit, Palatinatum ab initio quandam potius dignitatem quam Principatum fuisse, quam aliquando Saxoniæ, aliquando Sveviæ, & tandem Bavariæ Duces ditionibus suis comparare studuerint.

bus Rheni partibus longè lateq; imperasse quidam asserant, Pipinorum qui apud Francorum Reges è Merovingorum familia Palatii præfecturam obierint, ut volunt sanguine ortos. Illud certum totum circa Heidelbergam, quæ nunc Palatinatus istius Metropolis est, tractum alienæ tum ditionis fuisse. cujus scilicet pars quædam ad Moguntiæ, Wormatiæq; Præsules, alia ad Badenses, alia ad alios, quædam etiam ad Imperium (*immediate*) spectarit, quorum pleraque post Palatini pecuniâ, armis aliisque modis sibi asseruere, præsertim postquam adjuncta Palatinatui Bavaria vires audaciamque Principibus istis addiderat.

Cæterum Palatinorum horum plures Gentes Autores referunt, (o) Lotharingicã, Hassiacam, Franconicam, Saxonicam, Suevicam, Guelphicam, & denique Wittelsbachiam. Gentes Palatinorum Rheni.

(o) Bert. d. l. Limn. Tom I. Lib. III. c. 9. n. 90. & 91. & Tom. II. Lib. V. c. 4. n. 4. 5.

At in tanta rerum obſcuritate quid affirmare religioſum mihi eſt: Illud certiori aliquantum fide conſtat; (p) *Franconica.* Fridericum I. Imperatorem fratrem Conradum, maritum Eliſabethæ filiæ Conradi Franconiæ Ducis, & Pa- *Suevica A. 1159.* latini ad Rhenum Comitis, Palatinatu auxiſſe. Hujus (q) filiam *Saxonico Luneburgica.* Agnetem duxit Henricus Dux Saxoniæ & Lüneburgi, atque ſimul terras iſtas ac honorem adeptus eſt. Hujus (r) rurſum filia Gertrudis, ſeu ut alii Agnes nupſit Ottoni Comiti Schirenſi, ex veteri familia Bavariæ Ducum oriundo, cujus conditor Arnolphus Schi-

(p) Bert. & Lehmann dd. ll. Freher. d. c. 3. p. 21. c. 11. p. 97. Munſter. d. Lib. III. c. 356. p. 757.

(q) Arnold Lubec. Chronic. Slav. Lib. IV. c. 20. Freher. c. 10. p. 80. c. 11. p. 92 & ſeq. Munſter. d. l.

(r) Bert. d. l. Freher. d. c. 3. p. 21. c. 11. p. 94. c. 12. Munſter. d. l.

Schirensis (s) Comitis titulo atque conditione uti coactus, postquam pater Arnolphus Malus Bavariæ Dux, ob cœptam adversus Conradum I. atque Henricum Aucupem Imperatores, rebellionem Ducatu isto mulctatus fuerat. Alii filio Ottonis (t) Ludovico beneficio Cæsaris Friderici II. alii (u) nepoti Ottoni connubio cum Agnete ista obtenisse Palatinatum hunc volunt. *Schirensis seu hodierna.*

Bavariam aliquando Reges habuere. Ducatum Clodovæus Francus instituit. Regia dignitas aliquoties resumpta, adversantibus Francis nunquam diu valuit. Neque etiam Francorum, non Saxonum perpetua dominatio; & Guelpho- *Bavariæ vacuum Regimen.*

(s) De oppido, pago & prosapia Schirensi Aventin. d. Lib. IV. p. 383. Munster. d. Lib. III c. 365. p. 769.

(t) Aventin. Lib. VII. p. 518. & seq.

(u) Vid Spener. in famil. Palatino-Bavar. p. 62. Freher. d. c. 12. add. c. 7. sub fin. Limn. Tom. II. Lib. V. c. 4. n. 5.

phorum potentia cito in Austrios, Austriorum iterum ad Guelphos; per Reges. horum denique imperia in Schirenses cessere.

Inter Reges antiquissima Adalogerionis (x) mentio est, Bojorum sponte delecti non validius adversus vicinorum injurias periclitantis patriæ remedium esse, existimantium, quàm ut ab uno regeretur.

Duces ex Bojis. An. 493. At non diuturnum id decus Clodovæus Rex Francorum permisit; eâ victis à se Bojis lege impositâ, (y) ut cætera quidem legibus suis moribusque uti, majestatem Regis Populique Francici comiter conservarent, eosdem quos isti amicos hosstesque haberent, Principem ex suis quidem ubi opus foret legerent, atqui Duci

(x) Aventin. Annal. Bojor. Lib. III. sub princ. add. Iren. d. Lib. III. c. 77.

(y) Idem d. Lib. p. 183.

eis nomine contentus regio abstineret, eamque in rem Francorum Reges auctores fierent. Mansit per seculi fere spatium foederis Imperiique Francici reverentia, quo in-super habito Cariovalda (z) Ducis Theodoberti filius, suopte ingenio, Franciæque regum ignaviâ atque socordia in majorem sui fiduciam, horumque contemptum erectus, posito Ducis titulo regium resumpsit, mox armis eorum, quos spreverat modestiæ admonitus, patruoque Thessalono, (sive Thassiloni) provinciam, quam injuriâ eripuerat, relinquere coactus, Ducis nomine suam regendam. Rediit (a) Utiloni idem regii decoris amor, supra insitam homini ambitionem, propriis opibus regiæque uxoris cognatione accensus. At neque huic usur-

(z) Idem eod. Lib. p. 200, & 201.
(a) Idem. p. 217, & 218.

usurpatæ dignitatis longa possessio, superato à Pipino, atque in ordinem Ducum redacto. Exitiosius sibi Domuiq; suæ Thassiloni (Tertio) cum Francis certamen fuit, qui (b) pravis suorum, conjugis præsertim hortamentis instigatus, hostilia contra Carolum Magnum agitans, in ipsoque conatu à Cæsare, injuriam occupaturo, oppressus, post reddita victoris clementia provinciam, idem ob defectionis crimen iterum victus & perduellionis damnatus, Bojariæ imperium Laureacensi Monasterio commutavit. Filio Theodone inter sacerdotes adlecto unà spe Ducatus adempta. Provinciæ tanquam suæ Càrolus Geroldum rectorem dedit, fratrem uxoris Hil-

de-

(b) Id. d. Lib. III. p. 226. 230. & Lib. IV. p. 247. Chron. Reginon. Lib. II. A. 788. p. 402. Otto Frising. Chronic. Lib. V. c. 16. Granz. Saxon. Lib. II. c. 5. & 26. Muenster. Cosmogr. Lib. III. c. 365. p. 769.

[illegible]rdis, materno genere è Bojis oriundum. Ita Bojorum regnum Carolini stemmatis Cæsares Regesque tenuere. (c) In partem curarum Duces adsciti. Ex hisce Arnulphus Malus (d) Luitpoldi filius, defuncto Ludovico Cæsare, Arnulphi Imperatoris filio, à Bojariæ Proceribus Hungarorum metu perculsis rex salutatus, abdicato regio nomine, Bojis Ducibus toties jam, semper improspere repetito, veniam meruit; in cujus fratre Berchtoldo (e) Francorum Regum simul, & qui horum auspiciis provinciæ moderabantur Ducum in Bojaria imperium desiit, quod ad centum, & sexaginta annos produxerant. *Familia Luitpoldina.* A. 948.

Fran-

(c) Aventin. d. Lib. IV. per tot add. Otto Frising. Lib. VI. c. 6. 7. 11.
(d) Idem d. Lib. VI. c. 16. 17. & Avent. d. Lib. IV. p. 375. 377. & seq. Munster. d. l. [illegible] Cranz. Saxon. Lib. III. c. 2. Quidam omnino depositum volunt. vid supra p. 111.
(e) Aventin. in fine d. Lib. IV.

Saxonica. Francos Saxones excepere, ex quibus primum Bavariæ Ducem (*f*) Henricum fratrem Otto I. Imperator creavit; quâ malo suo merito excidit Otto (*g*) ab Henrico IV. Cæsare, ad Welphonem, Svevicæ gentis ex Altorfi Comitum prosapia Principem translatâ; Neque huic familiæ Ducatus hujus possessio constitit; Crimine Henrici Superbi Saxoniæ atque Bojariæ Ducis, qui (*h*) spreto Conrado Imperatore, vitio creatum obtendens, ob

Suevica, s. Altorfensis Luneburgia.

(*f*) Id. Lib. V. p. 389. de Ducibus Bavariæ ex gente Saxonica, Fabric. Orig. Saxon. Lib. III. p. 324-343.

(*g*) Avent. d. Lib. p. 441-443. & in fin. Libri. add. Lib. VI. p. 483. Helmold. Chron. Slavor. Lib. I. c. 27. Munster. d. c. p. 771. Fabric. d. p. 343. Aliter Cranz Saxon. d. c. 26. Ubi jam à Ludovico Pio Imperatore Henrico cuidam Ravensburgio Bavariam concessam dicit, à quo usque ad Henricum Leonem Ducum Bavariæ genus processerit.

(*h*) Otto Frising. Lib. VII. c. 22.

obsequii impatientiam patrimonii jactura piavit.

Inde Leopoldo (i), eâdem, qua Cæsar, matre genito; eoque sine liberis defuncto, Henrico fratri, (sive ut alii, filio, (k) volente Imperatore Bojaria obvenit; quo etiam auspice in manus istius vidua Superbi convenerat, ut scilicet thalamo æque ac patrimonio exulis Henricus poliretur. *Austriaca.*

Repetiit (l) Superbi filius Henricus, Leonis postea cognomen insleptus, postquam adolevisset, ereptam patri injuriâ, ut causabatur, ditionem, acriter ex adverso contenden- *Guelphi carnr-sum.*

(i) Idem d. Lib. VII. c 23. 24. 25. & 26 add. de gest. Frider. Lib. I. c. 22. Munster. lib. c. 365. p. 771. & c. 366. p. 774. Lehmann. Chron. Spir. Lib. V. c 50.

(k) Otto de S. Blasio. ad Otton. Frising. Append. c. 6.

(l) Otto Frising. d gest. Frider. d. Lib. I. c. 41.

dente, quem diximus Henrico Au-
ſtriaco. Poſt longam diſceptationem
(*m*) ita tandem lis, annitente Friderico Imp. communi cognato, deciſa
reddita Leoni Bojariâ Occidentali
Henricus Orientalē, Auſtriam vi...
Marchionis titulo hactenus habitam
Ducis nomine retineret, obſequii ne-
xu exolutam, quo Bojariæ Princi-
bus hactenus obnoxia fuerat.

Verùm neque Leo diuturnum
id ſibi gaudium eſſe paſſus eſt, qui ...
ve patris crimine, ſeu familiæ ...
abreptus, cum gratia Cæſaris qu...
(*n*) inſignibus officiis recuperav...
etiam Bojariâ rurſum excidit, (*o*) ...

Sch-

(*m*) Idem de geſt. Frider. Lib II. c. 7. 9. ...
27. 28. & 32. Otto de S. Blaſ. d. c. Cranz.
Saxon. Lib. VI. c. 8. & Vandal. Lib. VII. c. ...
Radevic. de reb. geſt. Frider. Lib. II c. 21.

(*n*) Helmold. Lib. I. c. 84.

(*o*) Arnold. Lubec. Supplem. Helmold.
Lib. II c. 15. 16. & 24. Otto de S. Blaſ.
c. 23 24. & Cranz. Vandal. Lib VI. c. ...
& ſeq. Aventin. Lib. VI. p. 515. 516. & Lib.
VII. p. 520.

Schirensium prosapiam in Ottone Wittelsbachio, decernente Friderico, reversâ; post centum atq; novem annos, (p) ex quo ad Guelphicam Altorfensium Comitum stirpem primum devenerat. Eaque occasione etiam (q) Stiria, Dalmatia, atque Merania, sive Moravia Bojorum legibus imperioque liberata proprios, suique juris Duces ista Odagrium, hæc Bertholdum accepere. Quæ suis locis omissa, hîc addere, non omnino incongruum visum. Atque isto quem retulimus, modo Bavaria cum Palatinatu Rheni coaluit. Alii Ludovicum Ottonis patrem Ducatu hoc donatum re-

Wittelsbachio-Schirensi, hedierna.

(p) Idem d. Lib. VI. p 483.

(q) Idem eod. Lib sub fin. Chron. Austral. excerpt. per Matth. Maresch. de Bappenheim. A. 1059. apud Freher. rer. Germ. Tom. I. p. 319. Chr. Aug. Monast. S. Udalr. apud Eund. p. 362.

referunt, cujus postea filius, Otto (r) nempe, ducta Agnete Henrici Palatini filia ditiones has conjunxerit. Ex hoc Ludovicus Severus communis Palatinorum atque Bavarorum pater, at cujus inter filios nepotesque, ea mox semina discordiæ sparsa, quæ duas has familias ad nostra usque tempora infestas sibi invicem reddidere, nondum forsan sincerâ fide benevolentiaque pacatas. Ludovicus, (s) quem diximus, filium Rudolphum Palatinorum conditorem, Palatinatûs cum Electorali dignitate hæredem dixerat, adjectâ lege, ut alterno Septemviratûs honore utriusque familiæ, (Palatinæ nimirum Bavaricæque,) Principes æqualiter gauderent. Eam, ut videtur, detrectans Rudolphus, & quo fratri, Ludovico Imperatori ægrè faceret, Friderici Austriaci Cæsa-

(r) Fr Irenic. Lib III. c. 54 & 77.
(s) Spener. Syllog. Geneal. p. 63.

ſareæ dignitatis æmuli partes amplexus, ditione à fratre (Anno CIↃCCCXVII.) exutus eſt. Reddidit quidem Rudolphi filiis Palatinatum patruus, at iſta conditione, ut ex formula Teſtamenti Ludoviciani, Electoratus utrique ſtirpi communis redderetur. At Transactio iſta, reſtitutis in integrum Palatinis, ut minoribus, Comitiis Ratisponenſibus Anno CIↃCCCXXXIX. irrita pronunciata.

Recruduere patrum avorumque ætate familiarum diſſidia, his Septemviratum Ducatui Bavariæ, iſtis Palatinatui aſſerentibus. Lis ſcriptis (t) primùm agitata, inde in

(t) Pro Bavaris vid. Chriſtoph. Gewold' de S. Rom. Imp. Septemviratu cap. 10. Pro Palatinis Marquard. Freher. Orig. Palat. Part. I. cap. 15. & Epiſt. reſpon'or. de Electoratu S. Rom. Imp. Comitiv. Palat. Rheni. quorum argumenta collegit Limn. Tom. I. Lib. III. c. 9. n. 1-12.

arma evaluit; quæ alia quidem ex caussa sumpta in Bavarorum emolumentum cessere. Bello caussam occasionemve præbuit Fridericus Palatinus, qui imminenti sibi suisq; fato locum facturus, regnum à Bohemis, spreto Austriacorum imperio novos dominos circumspectantibus, accipiens, mox Bohemiam, ut alienam, inde Palatinatum, antiquum Domûs patrimonium perdidit; ut quo memorabili ad Pragam prælio fugato debellatoque, omnia in victoria Cæsaream habuere. Electoratus, auctore Ferdinando, & adsentientibus tandem plerisque Septemvirorum, Maximiliano permissus, operæ præmium, quam Austriacæ Domui Bohemorum defectione non parum perculsæ impenderat. Multa à Palatinis reparando tanto damno tentata, omnia in irritum cecidere.

Ita

Ita nullâ in aliorum armis reliqua spe, cetera destitutis à Westphalica pace remedium, neque ita tamen accommodatum, ut persanando malo sufficeret. Leniendo dolori provisum est; eâ pacandi utcunque, Bavaricum gratia, Palatini inita ratione, (u) utis inferiori Palatinatu, & postremo inter Electores loco contentus, primo, Maximiliano concederet, eam quoque tertæ partem retenturo, quam Adolpho Palatino nomine *Palatinatûs Superioris* velut compensationis vice Ludovicus Imperator concesserat, cum Joannis, inferioris Bavariæ Ducis hæreditatem soli sibi vindicasset.

Non multo post veterem inter Bavaros atque Palatinos discordiam alia causa accendit; cui jam olim agitatæ locum obitus Ferdinandi

F 2 Anno

(u) Instrum. Pacis Suec. art. IV. §. Ante omnia cum plur. seqq.

(Anno cIↃIↃCLVII.) aperuit. Germaniæ quippe Rectore destitutæ vicariâ curâ opus erat, antiquis legibus, moreqne majorum inter Palatinos atque Saxones ita distributâ, ut Sueviæ, Rheni, & quæ Franconico jure regerentur provinciis, hi cæteris providerent, Saxonum legibus vivere solitis. Adhuc integro Palatinæ Domûs Statu certatum fuerat, (x) quo respectu facultas ista ad Palatinos pertineret, his velut futurorum suique casûs præsagis ipsi Palatinatus ditioni. Bavàris contra Electoratui acceptam referentibus; minori quidem contentione, cùm Palatinorum Electoratu pariter atq; Palatinatu gaudentium non adeò interesse videretur, cui id muneris dignationisque deberent.

Acrior disceptatio fuit, cum post

(x) Vid. Christian Gastel. de Statu publ. Europæ. Cap. VIII. n. 8. remissive.

post expletam à Ferdinando mortalitatem, translatis jam in Guilielmi familiam quibuscunque Electoratus Palatini Juribus, istud quoque muneris simul transiisse, negantibus, Palatinis Bavari asseverarent.

Isti (y) priscum id *Præfecturæ Prætoris, Majoratûs Domûs, & Palatii Comitatûs* officium esse, præter alia, Conradi atque Ludovici, Comitum Palatinorum exemplis asserebant, quorum iste post Henrici Aucupis mortem, alter, postquam Rudolphus Habspurgius vita excessisset, Cæsarum vicem obierint. Confirmasse id Ludovicum Imperatorem, ipsa Bavarorum stirpe prognatum, (z) *Jus administrandi Imperii Palatino Rheni* vetusto more

(y) Chur-Pfaltzis. Summar. Bericht sub dato Heidelberg. 1. Maji Anno 1657. apud Eund. d. n. 8. p. 371. seqq.

(z) Constit. Ludov. Bav. Imp. de Anno 1339. vers. *Quod longa & probatâ &c.*

deberi, diserte professum. Cujus vestigia legens Carolus IV. (*a*) Palatini Comitis id esse affirmaret, *ratione Principatus, seu Comitatus Palatini privilegio*, operam dare ne, nullo adhuc Imperatore, quid detrimenti Respublica capiat. Atque ad hanc formam cetera, qui Carolum secuti, Imperatorum privilegia esse.

Bavari (*b*) ex adverso recentem Palatinorum, cùm illibato adhuc Electoratus Jure de causâ sincerius judicarent, veterumque Ruperti (*c*) confessionem ingerebant; ab-

(*a*) Aur. Bull. Tit. V. vers. Quotiesinsuper.

(*b*) Chur-Beyer. Gegen-Bericht. ap. Gastel. d. n. p. 375. cum seqq.

(*c*) Pfaltz Graf Ruprechts Verkündigungs-Brieff. Anno 1394. verb. von des Churfürstenthumbs und solcher Würdigkeit wegen / Vicarius und Fürseher des Reichs.

abſurdum præterea oſtendentes, ſi Palatinus Electoratu non inſignis, Vicariatu fungeretur, non in Electores minus, atque cæteros Imperii Ordines, Civesq; exercendo. Mauritii etiam Saxonis exemplum allegabant, qui ademptum Joanni Friderico Septemvirale decus ſimul cum Vicariatu obtinuerit.

Hæc aliaq; (*d*) eundem in ſenſum publicis utrinq; libellis cumulata, prout cuiq; amor, aut odium, variè accipiebantur; validiore tamen apud pleroſq;. Collegas præſertim, Bavaro; ſive cauſſa potior videretur, ſeu inſita mortalibus naturâ, eodem, quo fortuna, etiam favorem inclinare. Neq; intra Scriptorū acerbitatem controverſia conſtitit, ad reſcindendas, quæ in Civitatibus Imperii foro paſſim figebantur, tabulas (Vicariats-Patente) non ſine mutua tantorum Principum injuria provecta, ulterius grogreſſura, ni Leopoldi electio interceſſiſſet. Eâ ſepoſita magis quam ſublata contentio eſt, novas aliquando, majoresque forſan turbas datura, quando occaſio redierit.

(*d*) Vid. Ableinung des Chur-Beyer. Gegen-Berichts pag. 379. ſeqq. & Bavar. Reſponſ. p. 388. ſeqq.

II. *Divisiones seu Lineæ Gentis Palatino-Bavariæ.*

- Ludovicus Severus n. ... ob. 1294.
  - **Pfaltz.** Rudolphus n. 1274. ob. 1319.
    - Stephanus n. 1381. ob. 1444.
      - **Simmeren.** Frideric' n. 1417. ob. 1480. – Frideric' IV. nat. 1574. ob. 1610.
        - **Chur-Pfaltz.** Fridericus V. Rex Boh. n. 1596. ob. 1632.
        - **Simmeren** – Ludov. Philippus n. 1602. ob. 1655.
      - **Zweybrück.** Ludov. nat. ob. 1479. – Alexand. n. 1461. ob. 1514.
        - **Zweybrück** Ludov. niger – n. 1502. ob. 1532.
        - **Lützelstein/Veldentz/Lauterecк.** Rupertus – n. ob. 1594.
  - **Bäyern.** Ludov. Bavar. Imp. n. 1287. ob. 1347.
    - Stephan. fibulatus ob. 1375. vel 1392.
      - **Ingolstadt.** Stephanus, in cujus filio Ludov. Barbato ea extincta Anno 1447.
      - **Landshut.** Frider. extincta in Georgio divite Anno 1503.
      - **München.** Joannes ob. 1397. – Albertus n. 1529. ob. 1579.
        - **Wilhelmische Lini.** Guilielmus n. 1548. ob. 1624. vel 1626.
        - **Ferdinandische** Ferdinandus, maritus Mariæ Petenbechiæ n. 1550. ob. 1614.

Neuburg.
Carol. Ludov. El. n. 1617. — Carolus n. 1650. — Wolffg. Wilh. n. 1578. ob. 1653. — Philipp. Wilh. n. 1615.

Ludov. Henr. n. 1640. ob. 1673 & cum ipso linea hæc. — Neuburg. Ludov. Phil n. 1547. ob. 1614. — Sultzbach. August' n. 1582. ob. 1632 — Christ. August' n. 1622.

Hilpolstein.
Johan. Frid. qui orbus decessit 1644.

Wolffgangu n. 1526. ob. 1569.

Zweybrück.
Joannes - - - defecit in Friderico 1661.

Landsberg. jã Zweybrück.
Fridericus Casimirus, cujus linea lineæ Bipontinæ successit.

Zweybrück. Joannes n. 1550.

Gust. Philipp n. 1651.

Schweden.
Joann Casim. n. 1589. ob. 1652. — Carolus Suec. Rex n. 1655.

Birckenfeld. Carolus n. 1560. ob. 1600

Birckenfeld.
Georg Guilielm. n. 1591. ob. 1669. — Carl Otto n. 1625.

Bischweiler.
Christian. n. 1598. ob. 1654. — Chistianus nat. 1637. Joh. Carl. n. 1638.

Churfürstl. Maxim. Elect. Bav. n. 1573. ob. 1651. — Churfl. Ferdin. Mariæ Elect. Bav. n. 1636.

Albertinische. Albertus n. 1584. — Leuchtẽberg. Maximilian. — Philippus n. 1638

Comites de Wartenberg.

III. Explicatio Tituli Com. Palat. Rheni.

Dignitas hæc quomodo Genti Schirensi sive hodiernæ obvenerit, & quibus titulis terræ ad Palatinatum jam spectantes ei accesserint, ex iis, quæ supra diximus, repeti debent.

Superioris atque inferioris Bavariæ.

Pertinent huc, quæ de Bavaria à Lüneburgiis in Wittelsbachios translata itidem memoravimus.

Cœterum, Bavaria sive Bojaria in Superiorē & Inferiorem (e) jam priscis seculis divisa uni sæpe Domino regebatur; aliquando plures experta. Separatas ultimi Ludovi. (f) & Henricus fratres, iste Superiorē, hic Inferiorem habuere, postquam fatis parens Otto Illustris concesserat; Henrici prosapiam finiit Joannes, ejus pronepos, quo Anno post restitutam humano generi salutem supra millesimum trecentesimum quadrage-

(e) Aventin. Annal. Bojor. Lib. I. p. 2. 3. & 4.

(f) Idem Lib. VII. p. 557.

gesimo, vitâ perfuncto, tam opimam hæreditatem (g). hinc Adolphus, Ludovici Severi ex Rudolpho Palatino nepos; inde Fridericus atque Luitpoldus Austriaci, Elisabetha Stephani filia, Joannis amitâ, progeniti, petiere. His Adolphus, materna quippe tantum origine nixis, ipse masculæ Stirpis Princeps; Adolpho Ludovicus Imperator Adolphi patruus, adeoque agnationis propinquitate, potior videbatur. Cæsari Bojorum favor aderat, solenni legatione rogitantium, ne is debitam sibi hæreditatem omitteret. Annuit precibus sibi tàm commodis Ludovicus, à quo mox inter alia novi Principatus monumenta etiam illud constitutum, ne unquam posthac *prima* atque *secunda* Bojaria (*superiorem* nunc atque *inferiorem* notioribus in vulgum vo-

P 6 ca-

(g) d. Lib. VII. p. 625.

vocabulis appellamus,) ab invicem divellerentur. Filii exhæredes esse jussi, si quis contraire auderet. Atque inde ad nostra usque, quod sciam, tempora, unius Principis hæreditas utraque fuere, titulo tantum, non possessione dominorum distincta.

& superioris Palatinatus Ducis.

Qua ratione Norici ista portio, vocabulo superioris Palatinatus primùm Adolpho Palatino, inde Bavaris evenerit, jam recensuimus.

Comitis Veldent. & Sponh

Sponhemii Comitatus partem aliquam (*b*) Palatinis (quibus hujus Valdentiæque ratione cum Bavaris nulla tituli communio est) contulit Elisabetha, Joannis, qui Anno CIↃCCCCXXXVII. vitâ decessit, ultimi Sponhemii Comitis filia: nupta Ruperto juniori Palatino, quæ marito, su-

(*b*) Fr. Iren. Germ. Exeg. Lib. III. c. 54. Freher. Orig. Palat. Part. I. c. 14. Munster. Cosmogr. Lib. III. c. 180.

ſuperſtes, cum nullos ex eo liberos ſuſcepiſſet, Palatinam Domum pro filiis amplexa, Ludovico Barbato Electori eam obtulit; aliam (*i*), rurſus cum toto Veldentiæ Comitatu Anna, Friderico poſtremo Veldentianorum Comitus nata, Stephano Palatino Comiti matrimonio ſociata. Recenſentur verò hi (*k*) inter Comites Principum dignitate præeminentes, Geſürſtete Grafen. A. 1440.

Landgraviatum hunc (*l*) Albertus Guilielmi Bavari filius, Maximiliani Electoris frater, ducta in uxorem Mathilde Georgii Ludovici, filia (*m*) nactus eſt, poſtquam (Anno CIↃIↃCXLVI.) vitæ familiæque finem Maximilianus Adamus ſe- Landgr. Leuchtenb. A. 1612.

E 7 ceſ-

(*i*) Freher. & Munſter. dd. ll.

(*k*) Limn. Tom. II. Lib. IV. c. 4. n. 92.


(*l*) De Landgraviatu hoc Munſter. d. Lib. III. c. 379.

(*m*) Spener Syl'og. Geneal. p. 103.

(n) cessit; quem postea fratri Septemviro (o) acceptis aliis, cessit, atque eum hujus filius Maximilianus Philippus ex paterna hæreditate sortitus est. Et hic titulus Bavaris peculiaris est, à Palatinis non magis ac ab istis Veldentiæ Sponheimiique Comitis, usurpandus uti & ex Palatinis non omnes Juliaci connexisque ei titulis gaudent, Neoburgiæ atque Bipontinæ familiæ propriis. Qua de re supra, ubi successionis Juliacæ controversiam retulimus.

(n) Gastel de Statu publ. Europ. Cap. XXII. n. 26.

(o) Spener. d. l.



CAP. IV.

De Gente Brandenburgiâ.

I. *Familiarum Successio.*

TErras, quibus nunc Marchiæ Brandenburgicæ nomen, post alias nationes (a) Vandali Henetive quondam habitavere; hisq; ab Henrico Aucupe debellatis, (b) Sigefridus Ringelheimii Comes Hen-

Ringelheimensis.

(a) Cranz. Saxon. Lib. I. c. Chytr. Saxon. Lib. I. p. 37.

(b) Cranz. Lib. III. cap. 9. & Vandal. Lib. II. c. 27. Lib. III. c. 16. Lib. IV. c. 37. Bert. Lib. II. c. 12. Chytr. d. l. Albin. Meisn. Chronic. p. 407. Andr. Angel. Chron. der Marck Brandenburg. Lib. I. p. 40. Chytr. Saxon. d. l. Aliter Fr. Irenic. German. Exeges. Lib. III. c. 57.

Henrici profrater, Marchionis titulo iis impositus. (Ao. ɪɔccccxxvii) Huic subrogatus Gero, (c) Comes Altenburgi & Marsburgi; Geroni
Wettinensis. Bruno, Comes Wettini, (Anno ɪɔccccLV) cujus nepote Theodorico tota ditione exuto Obotriti eam tenuere, pulsi rursus ab Udone (d)
Soltvvedelensis. Soltwedelensi aut forte Stadensi Comite, Conradi III. Imperatoris
Stadensis. opibus suffulto. Verum proscripto Udone II. ob Saxonum partes adversus Henricum IV. rebellantium sustentatas, (e) Primislao
Obotrita. Obotritorum Regi ejus invadendæ copia permissa: Hoc defuncto
Anhaltina seu Ascania. Alberto Urso (f) Ascaniæ Comiti, ex Primislai Testamento, Friderici I. Im-

(c) Bert. Chytr. Albin. dd. ll.
(d) Iidem Cranz. Saxon. Lib. VI. c. 8.
(e) Iidem. Angel. d. Chronic. Lib. II. pag. 74.
(f) Bert. d. l. Aliter paulo Cranz. d. l. b. VI. c. 8. Limn. Tom. II. Lib. V. c. 3.

Imperatoris consensu firmato obvenit. Finem sortita est Ursi progenies in Joanne IV. (Anno CIƆCCCCXXIII) unde terræ hæ, frustra eas sibi repetente Alberto juniore Anhaltino, à Ludovico Bavaro, Imperatore (g) filio Ludovico qui itidem Bavari cognomen, datæ, & ab hoc fratri (h) Ludovico Romano à Romano rursum fratri Ottoni cessæ, ab Ottone vero (i) socero Carolo IV. Imp. & Bohemiæ Regi. pretio 200000 aur Hung. venditæ; easque postea Sigismundus Caroli filius, recuperandæ Hungariæ intentus, adeoque pecuniæ in eam rem in-

Bavarica.

Luzelburgia. Bohemica.

(g) Cranz. Vandal. Lib. IIX. c. 3. Munster. Cosmogr. Lib. III. c. 466. Chytr. d. Lib. p. 38. Aventin. Annal. Bojor. Lib. VII, pag. 603. M. Albert. Argentin. Chronic. pag. 121.

(h) Cranz. Saxon. Lib. X. c. 13.

(i) Aventin. d. Lib. VII. p. 635.

indigus 20000. aur. Bohem. (k) Jodoco Moravo venum dedit, ab hoc Guilielmo Diviti (l) Misniæ Marchioni pignori oppositas, quas tamen eo nexu solutas in Fridericum Burggravium Norimbergensem, ex (m) Zollerriorum Comitum prosapiâ, transtulit (Anno CIↃCCCCXVII) ob fidelem & strenuam operam in Hungaricis, Bohemicis, aliisque motibus navatam, tùm impensos in eam à Friderico, dum Bræsidem earum Sigismundi nomine egerat, sum-

Moravica.

Burggraviorum Norimbergensium seu hodierna.

(k) Idem d. c. 13. Aventin. d. Lib. VII. p. 638. c. 15. & Vandal. Lib. X. c. 30.

(l) Idem Saxon. d. Lib. X. c. 16.

(m) Cranz. Saxon. Lib. XI. c. 1. & Vandal. d. Lib. X. c. 30. Chytr. d. Lib. I. p. 39. Limn. Tom. II Lib V. c. 7. n. 82. Fr. Irenic. d. c. 57. ubi observat, esse, qui velint, jam à Rudolpho Habspurgensi Zollerensibus Marchionatum hunc traditum esse. add. de his successionibus à Bavarica familia usq; ad Norinbergensem. Munster. Cosmogr. d. Lib. III. c. 466. Bert. Anxel d. Chronic. Limn. Tom. I. Lib III. c. 11. n. 14. 15.

sumptus, & firmandæ denique Marchiæ tranquillitati, variè hactenus turbatæ, ita tamen, ut is 40000. aur: pro ea exsolveret, ad Sigismundi filium, si quis ipsi nascerertur, reversura; Si nullus, ea Friderico maneret. Et Sigismundus vita sine filiis decedens, perpetuum Friderico ejusque posteris Provinciæ istius imperium reddidit, in sequentes familias divisis.

II. Divisio Famil. Brand.

Fridericus Burggrav. Norimb. Elect. factus Anno 1417.

- Albertus Achilles German. n. Anno 1414. m. Anno 1486.
  - Churfürstl. Joann. Cic. Germ. Elect. nat. 1455. mort. 1499. — Johannes Georgius Elect. n. 1525. m. 1598.
  - Fränckische. Fridericus n. 1460. m. 1536.
    - Alt Culmbach. Casimirus deficit in
    - Alt Onolzbach. Georgius Pius, defici
    - Preussen. Albertus. Magister

Churfürstl.
Joachim. Frid.
nat. 1546.
mort. 1608.

Churfürstl.
Johann Sigism. -- Frid. Guilielmus Elect.
n. 1572. m. 1619. — n. 1620.

Jägerndorff.
Johann Georg.
def. 1624.

Neu Culmbach.
Christianus — Christianus Ernestus
n. 1581. — n. 1644.
m. 1655.

Neu Onoltzbach.
Joach. Ernestus — Albertus — Johann. Frid.
n. 1583. — n. 1620. — n. 1654.
m. 1625. — m. 16

hujus filio Alberto Anno 1557.

in filio Georgio Friderico Anno 1603.

Ordinis Teutonici, post Dux Borussiæ desiit in filio Alberto Friderico Anno 1618.

III. *Explicatio Tituli Brandeburgici. Marchionis Brand.* Quâ ratione Marchia Polonicæ (*n*) quondam ditionis hodiernæ Domui obtigerit, supra retulimus. Illud forsan adnotari meretur, Ukermarchiam (*o*) Joanni I. Marchioni Brandenb. ex Anhaltina familia ab Hedwige Barnimi I. Pomerani filia (A. C. ciɔcc.) post confectam utrinque pacem dotis loco allatam; Novam vero Marchiam, ad Polonos quondam pertinuisse, cui (*p*) armis à se occupatæ Otto & Joannes Brandeburgici Marchiones *Novæ Marchiæ* nomen indidere. Ab his Equites Teutonici Ordinis ingenti pecuniæ summa comparaverunt. At ii defectione Civitatum Prussiacarum ad

(*n*) Conring. de Finib. Imp. c. 18. in fine.

(*o*) Spener. Syllog. Geneal. p. 247. Bert. Lib. II. c. 21 n. 4. Munster. c. 478. Chytr. Saxon. Lib. I p. 51.

(*p*) Cranz. Vandal. Lib. VII, c. 40, Iren. d. Lib. III. c. 59.

ad angustias nummorumque necessitatem redacti Marchionibus rursum pignori opposuere; sive, ut alii, cum pacto, retrovenditionis tradiderunt, â quibus hac conditione solutam plenoque Jure demum (q) Joachimus I. Elector (A. CIƆIƆXVII.) recepit.

Magdeburgo Episcopatus honore (quem (r) à Carolo Magno primum Styda, Lippienfis Comitatûs, post Angaria (s) à Wittekindo, inde ab Henrico Aucupe Wallersleva (t) acceperat) ab Ottone Magno, quo Edithæ conjugis desiderio satisfaceret, (Anno Ducis Magdeburgi.

(q) Spener pag. 142.

(r) Fr. Irenic. German. Exeges. Lib. III. c. 38. Munster. Lib. III c. 444.

(s) Fr. Irenic. d. c. Lib. XXXI. p. 949.

(t) Cranz. Saxon. Lib. IV. cap. 7. & 14. Fr. Irenic. d. c. Chytr. d. p. 949.

no ɪɔccccxxx.) insignitæ, (u) neq; multo post Metropolitana dignitate, & in Misnensem, Mersburgensem, Cizensem, Havelburgensem & Brandenburgensem Episcopatûs sacra jurisdictione, terris denique Principi congruis auctæ, Episcopi atque Archiepiscopi præfuere, (x) variis ut solet Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumque familiis lecti, donec proximo nostro hoc seculo Albertus, Joannes Albertus, Fridericus, Sigismundus, Joachimus Fridericus, & denique Christianus Guilielmus, (y) omnes Brandeburgiorum prosapiâ orti, unius ferè domus hæreditatem eam effecerant, quorum (z) postremo à Fer-

(u) Helmold. Chron. Slavor. Lib. I. c. 11. Bert. rer. German. Lib. III. voc. Magdeburg. & Iren. Munster. atque Chytr. dd ll.

(x) Eorum Catalogum exhibet Bert. d l.

(y) Limn. Tom. II. Lib V. c. 7. n. 83. Chytr. dd ll.

(z) Car. Caraffa. Germ. sacr. Lib. I.

Ferdinando II. Imp. ob partes Dani adversus ipsum susceptas defensasque proscripto, atque à Collegio sacro sive *Capitulo*, ut vocant, multorum, quæ adversus officium eum patrasse arguebant, delictorum nominibus ordine moto, Augustus, Johannis Georgii. Electoris Saxoniæ filius, adempta isti dignitate. Collegio *postulante* potitus est, multum renitente Ferdinando, qui Archiepiscopatum istum non Religioni minus Romanæ, quam filio suo Leopoldo Guilielmo Pontificis adsensu destinaverat. Et duravit lis pluribus & majoribus causis in apertum cum Cæsare bellum protrusa, ad Annum usque CIƆIƆCXXXV, quo confecta inter hunc atq; Electorem Pax Pragensis tutam Augusto stabilemq; ejus possessionem reddidit, secuta inde Westphalicâ pactione (a) fir-

(a) Instr. Pac. Suec. Art. XI. §. Similiter concedatur.

firmatam, post Augusti tamen obitum ad Brandeburgium Ducatus titulo perpetuoque jure transituram, in Pomeraniæ citerioris solatium, quam pacis pretium inter alia Sueci statuerant, arma non posituri, nisi cupita adipiscerentur.

Borussiæ. Borussiam (*b*) aliquot abhinc seculis Teutonici Ordinis Equites occupavere; à Masoviorum Duce, Polonici generis Principe in auxilium acciti; auctore Friderico II. Imperatore, vertendis, ut præferebant, ad meliora Prussorum animis, qui avitæ superstitionis pervicaces, plerisque vicinorum ad Christiana Sacra perductis, (*c*) profanos ritus non-

(*b*) Conring. de finib. Imp. c. 29. p. 320. Cranz. Vandal. Lib. VII. c. 21 & 27. Chytr. Saxon Lib. I. p. 13. Muuster. Lib. III. cap. 48. Thuan. Histor. Lib. I. p. 25. Edit. Paris. p. 19. Edit. Francof & Lib. V. p. 133. Paris. p. 98. Francof. add. Fr. Iren. Germ. Exeg. Lib. II c. sub. fin.

(*c*) Vid. Helmold, Chron. Slavor. Lib. I. ca. 1.

nondum exuerant. Ordinem tum (*d*) Hermannus à Salza præsidebat, quartus ab Henrico Waldpotio, cui primo honor iste obtigerat. Læti (*e*) ut plurimum Equitibus successus; quædam etiam Prussis prospera evenere Multis præliis vario eventu, per integrum fermè seculum certatum. Tamdiu Borussia vincebatur. Medio tam longi temporis spatio multa invicem damna. Tandem diuturnis cladibus fracti Borussi, imperium religionemque bonâ fide admisere. Latissime res Ordinis per Prussiam, conterminasque Livoniæ, Curlandiæ, Pomerelliæ atque Samogitiæ regiones effloruerant, (*f*) quinquaginta quinque Urbes, triginta & octo arces, & novendecim pagorum

 mil-

(*d*) Munster. d. Lib. c. 482. sub princ.

(*e*) Chytr. d. l. & Munster. d. c. 481. & 482.

(*f*) Gastel. d. Tract. Cap. XIX. n. 155.

millia imperio complexi. Ita felicibus esse licuerat Equitibus, si fortunâ temperanter uti lubuisset. Secundis rebus in aliorum injurias elati, potentiæ decrementa, inde, ut pronus in pejora rebus semel nutantibus lapsus est, occasum subiere. Modestiæ primùm Jagello Lithuanus (g) admonuit qui impetrata à Polonis in matrimonium Hedwige regiæ, quæ tum defecerat, stirpis virgine, in regnum acceptus, (inde Uladislai solitum Poloniæ regibus nomen inditum,) injuriis vicem exsoluturus, quas plurimas ab Equitibus Lithuania hactenus per-
A.1410. tulerat, armis adortus, ingenti prælio, quo quinquaginta hominum millia isti amisisse perhibentur, supremum ferè incasum adflixit. Ope-

(g) Kranz Vandal. Lib. X c. 16. Chytr. d. l. & Munster. d. c. 482. p. 930. & 931. qui aliquantum variat, pecuniâ eam litem compositam narrans. add. Thuan. d. Lib. V.

peræ ultionisque pretium, non spernendam Prussiæ partem victor tulit. Inde series futuri exitii. Idque nenimis tardum esset, ipsi maturavere; destinata Deo non ultra moraturi. Equites quippe adversis casibus efferati, cum molliori imperio, firmandis sibi contra externam vim civium animis, opus esset, in contrarium versi, (h) durius habuere. Rebusque turbatis malum extremum discordia accessit; Magistro Equitibusque in diversa abstractis. Proceres igitur Civitatesque Borussiæ horum pertæsi & Commendatorum præsertim tyrannide atque libidine irritati, (i) Culmæ conveniunt, junguntque questus, injurias, & raptus, & cetera servitii mala enumerant; De remedio agitantibus id inter alia commodissimum visum, ut de inju-
 riis

(h) Munster. d p. 13.
(i) Idem ibid.

riis Magistri, Equitumve ad Concilium Provinciæ referre fas esset; lites cum his, aut sententiâ aut transactione diremptурum. Adsensum primo ipse ordinis princeps, & Commendatorum aliqui præbuere. At pœnituit non multo post modestiæ Equites (*k*), indignum ratos, cum Civibus judicio experiri. Cæsarem (Fridericum III.) adeunt, qui cognitâ utcunque causa pro Equitibus vindicias dat. Pruteni sine exceptione parêre jussi, in pœnam usurpatæ ultra quàm decuerat libertatis sexaginta aureorum millibus, & privilegiorum jacturâ mulctati. Isti sententiæ atrocitate perculsi, neque aliam, quam in externis opem cernentes, projecto adversus Ludovicum Elrichshusium, ordini tum moderantem obsequio (*l*) ad Casi-mi-

(*k*) Munster. p. 14.
(*l*) Idem ibid: & Munster p. 931. Cranz. Vandal. Lib. VII. c. 40.

mirum Poloniæ Regem confugerunt. Gratum id Polonis accidit; eoque prolixiori comitate legatio accepta. Sententiæ in regni Comiis dicendæ, & in creando Rege suffragii jus communicatum, atque ut suis legibus magistratibusque utentes, cætera paricum Polonis Jure, quo optimo maximo, agerent, permissum; Tanta inde defectione, ut septuaginta circiter (m) oppida atque arces unica die in potestatem fidemve Polonorum concessisse memorentur. Rediit aliqua (n) Equitibus melioris sortis fiducia, Imperatoris, Dani, Germaniæque Procerum patrocinio, opibus, favore adjutis; & recepta quædam loca etiam cæterorum recuperandorum spem faciebant. Irritam eventu deprehenderunt. Post va-

 rios

(m) Ita apud Thuanum Ordinis magister. d. Lib. V. aliter aliquantum Chytr. d. l.
(n) Munster. d. l, Chytr. p. 15. 16.

rios armorum casus, tentatasque inutiliter concordiæ rationes, eam tandem, cum commodiori uti non liceret, subiere, (o) ut cessis in Polonos Culmensi aliisque terris, *Regalis Borussiæ* cognomentum inde adeptis, reliquam ipsi retinerent, clientelæ fideique nexu Poloniæ regno adstrictam. Et juravere in horum verba Magistri Ordinis ad Fridericum Saxonem usque, (p) qui Sacramentum externo dicere recusans, indignum id atque non Romani Imperii minus quàm nobilissimi Ordinis injuriam ratus, cum Cæsaris Imperiique Procerum fidem crebris, at irritis precibus invocasset, Borussiâ abiit; Albertum é Marchionibus Brandeburgicis ortum succes-

A. 1495

sso-

(o) Iidem ibid. & Thuan. d. Lib.
(p) G. Fabric. Orig. Saxon. Lib. VII. p. 841. Chytr. d. p. 14. & Lib. VI. p. 169. Munster. d. p. 931.

ſorem nactus, (*q*) qui iisdem anguſtiis circumventus, ſeque à Germaniæ ordinibus deſertum videns, non multum in eo curæ habentibus, ſi extrema Imperii dehoneſtarentur, tandem à Polonis ſibi perſuaderi pasſus eſt, ut Provinciam, Teutonici Magiſtri titulo hactenus habitam nomine Ducis ſub imperium manſuro & ad heredes tranſituro jure, at beneficio & clientelæ fide accipe-ret, juncta ſibi matrimonio Dorotheâ Daniæ Regis filiâ ſvavius eâ, & duraturâ genti ſuæ ejus poſſeſſio-

(*q*) Fabr. d. Lib. p. 863. Joan Sleidan. de Statu Relig. & Reip. Comment. Lib. V in fin. Chytr. d. Lib. VI. p. 169. 173. Lib. IIX. pag. 211-214. & Lib. XI. p. 281-284. Thuan. dd ll. Maſen. Hiſtor. Car. V. & Ferdin. I. Lib. III. c 35. Freyberg. German. perturb. & reſtaur. Part. I. Discurſ. 25. Bert. rer. German. Lib. II. c. 12. Limn. Tom. II. Lib. V, c. 7 lit. G. & n. 28.

ne potiturus, frustra frendente (r) Ordine, atque acceptam à Polono Brandenburgioque injuriam hodienum incusante. Et nuperis adhuc Comitiis (s) Culmbacceno, inter Domini titulos etiam Prussiam Principum in Senatu recitanti adversatus Ordinis Legatus, oblato insuper libello (t) Proceres officii legumque admonuit, queis adempta Imperio reparari ipsi statuerint. Incassum. Neque enim integrum nunc Proceribus, iis recuperandis novas turbas ciere, quibus ne retinendis quidem ad arma sese moveri majores passi fuere; eo jam rerum ani-

(r) Sleidan. Lib. VII. p. 200. Edit. Argent. Lib. VIII. pag. 228. Lib. XX. princ. Thuan. d. Lib. V. Chytr. Lib. XIII. p. 340. Masen. Lib. VI. c. 40. & 41.

(s) Anno 1653. Sess. I. 23. Jun.

(t) Deutsch Meister. Memorial an Reichs-Convent dat. 13. Septembr. d. Anno add. Sess. IX. 6. (16.) Jul. & Sess. X. 8. (18.) ejusdem.

animorumque habitu, ut tuta & præsentia, veteribus & periculosis plerique merito anteponant. Cæterum defuncto Alberti filio Alberto Friderico, sine virili prole, Borussia, Ducalis ex isto tempore dicta, Georgio Guilielmo (u) Electori Brandenburgio Alberti Friderici Genero obvenit, cujus filius Fridericus Wilhelmus, orto inter Polonos Suecosque bello, in horum primum partes, inde Polonorum trans- A.1656. gressus ab utrisque (x), ut summo 57. neque aliis obnoxio jure Borussiam teneret, quanquam Provinciæ ordinibus, & præsertim Regiomontanis (y) ægrè & post aliquot demum an-

(u) Spener. Famil. Brandeburg. in fine.
(x) Fœd. Sueco-Brandeb. dat. in arce Labiav. 10. Novembr. 1656. Diar. Europ. Part. I. Polono-Brandeb. Welav. 19. Sept. Anno 1657. apud Gastel. de Statu publ. Europ. Cap XIX. n. 159.
(y) Gastel. d. c. n. 158.

An. 1662 norum cunctationem, adsentientibus, obtinuit.

Juliaci, Cliviæ & Montium. Quantas lites, mortuo Joanne Guilielmo, postremo Juliaci, Cliviæque Duce, hæreditas illius dederit, supra recensuimus; (z) quam præcipuè atque atque integram sibi Joannes Sigismundus Brandenburgius Elector, his potissimum argumentis, petebat, quod à Carolo V. atque Maximiliano II. Imperat. Guilielmo, Guilielmi Patri tributum ciceret, daß / (ipsa Diplomatis (a) An. 1546 verba refero:) wo Er nicht Söhne / sondern allein Töchter überkäme / die aber vor den Töchtern / oder derselben Ehelichen Leibes-Erben todtes halber abgiengen / daß alsdann auff die Töchter alle und jede S. Ld. Fürstenthumb fallen / und jhnen und jhren mannlichen Ehelichen Leibes-Erben

(z) Cap. II. pag. 77. seqq.
(a) Dat. Ratisp. 19. Anno 1546.

ben verliehen werden sollen; Et quod Alberto Friderico Borussiæ Duci à Guilielmo & Maria Joannis Guilielmi parentibus major natu filiarum Maria Eleonora iis legibus desponsata, ut deficiente aliquando masculâ Juliacensium stirpe ipsa hæredes ve ejus succederent, cujus è filia Joanni Sigismundo nupta ipse prognatus matris suoque jure uteretur. Neoburgio, Bipontino, Burgovio, Saxonibus atque Niversio denique, sua, quæ pariter retulimus, (b) jura reponentibus, dubia & adhuc sub judice lite, nisi quod post (c) Güterbocensem (ibi Saxonum quoque habita ratio, quibus etiam Magdeburgi Halberstadiiq; ditio à Brandenburgio aliquando oblata dicitur)

G 7 Xan-

(b) Vid. Magnifici G. Franck Lib. III. Resol. I. & J. Strauch. Differt. Exot. IX. Th. 11. & quos acervatim laudat Castel. d. Tr. Cap. IX. n. 108.

(c) 18. Mart. Anno 1611.

Xantensem (*d*), Dusseldorfiensem, (*e*) Clivensemque (*f*) conventionem, tempori tantum provisas, in id tandem Brandenburgio Neoburgioque (*g*) convenit., ut Electori Clivia, Marca & Ravensberga, Juliaca & Bergensis terra Palatino maneret; Ravensteinii tantum Dynastia (*h*) ad aliam transactionem disceptationemve rejectâ.

Stettini Pomeraniæ. Pomeraniam plurimis abhinc seculis proprii Principes tenuere, sui aliquando Juris, sæpe etiam exterorum imperia experti. Obsequium simul atque religionem (*i*) Poloni pri-

(*d*) 18. Novembr. Anno 1614.
(*e*) 9. Mart. Anno 1629.
(*f*) 11. Octobr. Anno 1651.
(*g*) Erb-Vergleich zwischen Chur-Brandenburg und Pfaltz-Neuburg Anno 1666. apud Gastel. d. c. n. 116.
(*h*) §. Erb-Vergleich. Art. 5.
(*i*) Vid. Cranz. Saxon. Lib. V. cap. 44. Vandal. Lib. II, c. 34. Lib. III. c. 18. 27. 28. 29. & 35.

primùm edocuerunt; & ipsi Germaniæ Regibus obnoxii; idque Boleslaus Poloniæ Dux promissa Lothario Saxoni Imperatori publice fide (k) professus est. Inde Henrici (l) Obotritorum Regis, mox Henrici Leonis, potentissimi suæ ætatis per Germaniam princip s, clientelam (m) Casimirus (Kazimarum vetustiori vocabulo plerumq; appellitant,) atque Bogislaus fratres subiere; præsidio contra Danos, Vandaliæ, cujus portio Pomerania censebatur, intentos, salvos se fore desperantes, nisi beneficio servitutis. Libertatem Leonis casus restituit. Eo-

(k) Otto Frising. Chronic. Lib. VII. cap. 19.

(l) Helmold. Chron. Slav. Lib. I. c. 36. citatus etiam à Cranzio ipsa verba referente. Vandal. Lib. III. c. 22.

(m) Vid. Helmold Lib II. c. 12. & 13. in fine. Arnold. Lubec. Lib. II. c. 31. Lib. III. c. 5. in fin. Saxo Grammat. Hist. Dan. Lib. XIV. p. 283. & 302.

Eoque pulso (*n*) Casimirus, quos diximus, atque Bogislaus (Anno CIↃCLXXXI.) à Friderico I. Cæsare concesso Ducis titulo in Principum Imperii numerum juraque adlecti, imminuendo horum in Leonem affectui, & quo arctius Germaniæ illigaret. Et Bogislaus, Cæsari plusquam è re esset, addictus nimii in istum studii crimen terrarum libertatisque damno piavit. Fridericus quippe (*o*) Canuto, Daniæ regnum istius beneficio habere, dedignanti, infensus seque lædi putans, ni Danis etiam imperaret; Bogislaum, defuncto fratre solum jam Pomerania potitum, exstimulat, Canuto è proximo arma inferre. Qui

(*n*) Idem Lib. XV. p. 331. Cranz. Vandal. Lib. VI. c. 14.

(*o*) Saxo Gramm. Lib. XVI. p. 335. 336. 338. 341. & 342. notatus tamen à Conring. de finib. Imp. Germ. c. 16. pag. 261 - 265. Cranz. Vandal. Lib. VI. 16 - 22. add. Arnold. Lubec. Chron. Slavor. Lib. III. c. 7.

Qui sive Imperatoris reverentiâ, seu Dani odio, sive proprii denique emolumendi spe pellectus, quo tutius rem aggreteretur, à Jaromito Rugianorum Duce, Regi fido, exorsus est. Varias simulatum caussas obtendens, quas bellum cupientibus seu accipere seu comminisci, proclive est. Aderat, postquam id Canuto compertum, sine mora querelam ferens legatio causa potius quàm vi agere, & judicio quàm armis experiri, hortante. Et quo securius falleret Bogislaus, adsensum simulavit. Donec provisis, quæ tempus monebat, simul Danos Rugianosque peti, eadem fama tulit. At Pomeranus luxui magis quàm armis intentus, & hostem se Danorum oblitus, nisi hi meminissent, dum agendi tempora epulando consumit, imminenti cladi locum aperit: quam mox ingentem à

Ro-

Roschildiæ Præsule Absalone, Regis propinquo, accepit. Debellato in clementiâ victoris perfugium fuit, at obsequi fideique sponsione parandâ. Eâ tandem (p) Woldemari (is Canuto successerat,) primùm captivitas, tandem Saxonum ad Bornhovedam victoria (q) Pomeraniæ Duces liberavit.

Posteri horum sequenti ætate in *Wolgastenses* & *Stettinenses* distincti fuere. Ortum inter hos, Ot-
A. 1345. tonem nempe, filiumque ejus Barnimum Magnum, atque Ludovicum Romanum Marchionem Brandeburgium, incertum mihi quibus ex causis bellum, ista tandem lege compositum, ut deficiente aliquando mascula prole Stettinensium Principum

(p) Cranz. Saxon. Lib. VII. cap. 38. & Vandal. Lib VII. c. 9.

(q) Idem Saxon. d. Lib. c. ult. & Vandal. d. Lib. VII. c. 8. & 10.

pum Brandenburgii succederent Et desiit illa familia in Ottone III. Anno 1464. qui facto functus acerrimæ liti (s) inter Fridericum II. Brandenburgium atque Pomeranos Wolgastenses locum dedit. isto, pacto cum Settinensibus inito, & Friderici III. Imper. consensui, his agnationis, quam tamen adversarii negebant, juri innixis. (ab Ottone, communi Stettinensium atque Wolgastensium stipite, septimo gradu aberant,) eum tandem in modum pacatis, ut deficiente quandocunque horum familia Brandeburgiis Pomerania cederet, interim tituli honore atq; insignibus gavisuris. Neque tamen concordiæ sua vis constitit, multis diffidiis rursum bellisque turbatæ, inter Albertum Achillem

(s) Cranz. Vandal. Lib. XII. c. 32. Fr. Irenic. German Exeg. Lib. III. c. 59. Chytr. d. l. Munster. Cosmogr. Lib. III. cap. 478. Irenic. Limn. & Spen dd. ll. Bert. II 12. & 21.

lem Brandeburgium & Ericum ac Uladislaum Pomeranos fratres iis Legibus, adsensu Imperatoris (Anno CIↃCCCCLXX) restauratæ, (t) ut Duces Pomeraniam sub fide & clientela Brandenburgiorum (*in feudum*) acciperent; atque his insignia, titulus, & quæ occupant, loca manerent; Alii in diversum memorant (u) non alias videlicet fœderis istius leges fuisse, quàm ut Pomerani honestius in posterum Brandenburgios habituri amicitiam cum iis melius colerent: Manasse quidem, dum Cæsaris in aulâ Pomerani Legati morarentur, incertum; unde primùm exortam famam, ditionem suam Brandenburgici beneficii istum pactione illâ professum esse; adver-

(t) Chytr. d. l. Spener. Syllog. Geneal. p. 140. & 241

(u) Cranz. Vandal. Lib. XIII. c. 6. qui tamen Bogislaum nominat, ut quæ ibi refert, ad sequentia forte pertineant;

versis plerorumque sermonibus, indignos honore Principum Imperii arguentium, quos sibi obnoxios Marchiones haberent. Idque Pomeranum suam injuriam interpretatum, impetrasse ab Imperatore, quiquid in eam rem actum, disquireret. Id muneris Lubecensi Antistiti datum. Eoque præsente interrogatos Magnum Mechlenburgium Ducem, aliosque, qui tractationi interfuerent, nihil de *Feudo* pactum, se Arbitrari, pro testimonio dixisse. Rediere jurgia, cum (x) Erici filius Bogislaus X. cui Magni cognomen, in Alberti verba jurare detrectaret. ita rursum seposita magis quam sublata, ut retentis, quæ quisque possideret, Pomeraniæ Principes Ordinesque de successione Brandeburgicis in casum de-

(x) Limn, d. l. Bert. d. c. 21. Chytræus Lib. I. p. 8. Spener. p. 242.

deficientis Pomeranicæ Domus destinata scripto caverent. At nec huic transactioni suum robur duravit, variis iterum rixis sollicitatæ. Tandem (y) Anno 1528. conventum, ne Marchiones Pomeraniæ Ducibus *Investituram*, ut appellant, à Cæsare petituris, aut in imperii Comitiis suffragium dicturis intercederent, ex adverso Marchionibus, successionis spei eo validius firmandæ, vexillum una cum Pomeranis prehendere liceret, quod Imperii feuda solenni ritu accipientibus tangere moris est, & ut eorum quoque verbis Pomeraniæ Ordines subjectique toties adigerentur, quoties Pomeraniæ Ducibus obsequii fidem jurejurando obstringerent. Fecit finem genti Bogislaus, (z) Anno CIↃIↃCXXXVII. vita defunctus,

Bran-

(y) Chytræus Lib. XII, prop. fin.
(z) Brahel, Caraffa.

Brandeburgiis locum daturus, ni Sueci & adversa istis fata obstitissent, quæ Pomeraniam Domui illi destinare semper magis quàm sincere offerre visa, Suecos provinciæ huic induxerunt, qui arma Germaniæ illaturi, ut eâ reciperentur, ab invito Duce extorserant; cœptando commodius bello, atque adversus armorum incerta suffugio. Verùm ut difficilimum est bonis cedere, quæ adeo commoda usui nostro comperimus, ita Sueci tot annorum experimento edocti quàm opportuna sibi sive tutandis rebus suis sive alienis invadendis provincia esset, illam, cum Osnabrugæ de pace Germaniæ reddenda ageretur, aut totam aut citeriorem saltem flagitavere, eo post prolixas acerrimasq; contentiones eventu, ut validioribus tandem concesserint Brandenburgii, aliquam partem amissuri,
ut

(a) ut reliquam servarent; Ne tamen illorum tantum jactu levata navis videretur; (b) Magdeburgi, Halberstadi, Mindæ atque Camini Episcopatus in seculares Principatus versos in damni solatium accepere.

Vix composito inter Succos Brandeburgiosque negotio mox aliud successit, originem ab ipsa transactione sortitum. Ea (c) præter citeriorem Pomeraniam ex ulteriori etiam, ad Brandenburgiam reversura, pars quædam obvenerat, cujus terminos delecti utrinque ministri requirerent ponerentque. Et tanta jam adeptis, ne quid esset, quod frustra concupiissent, vectigalia ad littora Pomeraniæ atque Mega-

(a) Instrument. Pac. Suecic. Artic. X. vers. Primò totam Pomeraniam citeriorem.
(b) d. Instr. Artic. XI.
(c) d. vers. Primò. in fin.

gapoleos, adjecta, Teichmanno Rostochiensium Syndico nequicquam repugnante, cùm ipsi Brandenburgii minus obniterentur; testimonium dissensûs sui à Cæsareanis, confectis jam pacis tabulis, retulisse, contenti.

Eadem postea Brandenburgici Legati Norimbergæ, quæ Osnabrugæ, facilitas, in afflictæ jam caussæ gravius damnum, novis legibus istam (*d*) adjici passi, ne Pomeraniam ulteriorem Electori prius restituere Sueci tenerentur, quàm de regundis finibus, aliisque minoris momenti negotiis utrinque convenisset. Hinc ista Tractationis Stettinensis difficultas, cum Sueci, etiam, ubi minori jure agerent, pervicaces, pro vectigalium facultate, ad utramque Pomeraniam porri-

H gen-

(*d*) Nürnb. Exec. Recess. §. die hinder Pomer. Posten.

genda, ad Pacis tabulas provocantes, ulteriorem Electori reddere detrectarent. donec controversiis quibuscunque compositis, utrique secura, nullisque litibus turbata rei suæ possessio esset; Brandenburgius tanto sui detrimento æmuli opes augeri haud ferendum, rebusque suis nimis periculosum non immeritò existimaret; Suecis demulcendo Electori, vectigalium communionem frustra offerentibus, quàm infida potentiorum societas esset, prudenter reputanti.

Ita Brandenburgio adversariis, si non causâ, certè viribus, impari alia via ineunda erat, qua molestias istas declinaret reprimeretve. Inde Hornius ad Reginam, Kleistius ad Electores, ipsumque Imperatorem, missi, Domino favorem, & ubi ista renuere pergeret, operam auxiliumque conciliaturi. Ipse denique

que Elector, cùm ne oblato quidem fiduciario vectigalium jure, donec aliud Senatus Imperii decerneret, quidquam profecisset Pragam profectus, adsentientibus tandem cæteris Electoribus, obtinuit, (e) ne Suecis provinciarum, quas belli jure injuriave occupatas pacis jam legibus habebant, solemni more accipiendarum, multoque minus suffragii in Comitiis Imperii jus esset, ni reddità Brandenburgio Pomeranâ, Camminensique ditione pactioni Westphalicæ & ipsi morem gessissent. Et ineunte jam Concilio Mareschallus Imperii Pappenheimius (f) edicto monitus, ne inconvocando Senatu Suecorum rationem haberet, quan-

(e) Käys. Resol. pro Chur-Brandenb. contra Schwed. in part. der R. Belehn. und Session. Prag. 21. Novembr. 1652.

(f) Käys. Inhibitorial-Decret an R. Erb-Marschallen in eod. puncto Regensb. 11. Januar. Anno 1653.

do Cæſareani de Republica relaturi eſſent. (zur Propoſition.) Jamque ad deteriora res inclinare videbatur; plerisque pacis turbamenta, novosque bellorum motus non immerito paveſcentibus, facili conjectura, Suecos comitiis prohibitos, æquo animo repulſam non laturos, cum gaudio potius habituros, armorum cauſas oſtentari, non jam bello magis ac victoriis lætisque ſucceſſibus adſuetis. Remedium periculo Cæſaris cura, Ordinumque patientia attulit, conceſſo, Relationem (die Reichs-Tags-Propoſition,) differri, donec de Stetinenſi Tractatione certiora comperiſſent. Ea poſt aliquot menſium prolationem (g) perfecta, Imperatorem Proceresque difficultate, partes lite, non ſimultatibus exſolvit, cineri adhuc doloſo ſuppoſitis, in nova

(g) 14. Maji Anno 1653. apud Gaſtel. de Statu publ. Europæ. c. XIX. n. 88.

nova incendia erupturis, prout temporum occasionumque momenta suggesserint; proclivi suspicione, non diu eodem loci potentiam & concordiam fore. Constitit per aliquod temporis spatium publica saltem inter æmulos tranquillitas, quam motibus quondam Polonicis tentatam, nuperi Gallorum tumultus omnino excussere. Initium à Suecis; qui ut Gallis cum Imperio belligerantibus ex fœderis formulâ commodarent, abstrahendis Electoris copiis, quæ Luneburgicis junctæ Alsatiæ incumbebant, Marchiam Duce Vrangelio invasere; hostilia ausi potius quàm professi. Electori tantùm ad officium revocando arma à se è proximo ostentari magis quàm inferre, caussabantur, recentium, ut criminabantur, pactorum immemorem, aut incuriosum; belli consilia à se abesse, etiam ubi

arma stringerent, publicis scriptis (*b*) jactitantes. Verùm Elector id aliter interpretatus, Alsatiâ redux, Suecos, (cum quibus jam bellum rogante Cæsare Imperii Senatus decreverat;) incredibili successu, primùm Marchiâ, inde, si pauca demas, Pomeraniâ exturbavit, distractas nobilissimæ provinciæ partes iterùm sociaturus; stabiline possessione, sub communi Marte adhuc partes disceptant.

Cassibiorum Vandalorum. Vandalorum appellatio (*i*) priscis seculis latissimè patuit. Neq; enim una, ut Francorum, Thuringorumve gens; majorem fermè Germaniæ partem obtinuerunt, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti. Quanquam in commu-

(*b*) Litteræ Regis. Suec. ad Imp. Ordines. 16. Decembr Anno 1674. add. Churf. Brandenb. Antwort. Anno 1675.

(*i*) Cranz. Vandal. Proœm & Lib. I. atque II. passim. Chytr. *Lib*, I. princ.

mune Vandali vocarentur. Etiam Henetos Slavosque antiqui appellavere. Sparsum in tot populos nomen Pomeraniæ & Mechelburgi Ducatus peculiare sibi reddiderunt; (k) quo dignoscerentur, Orientalis, Occidentalisque cognomenta adjecta. Arctiori significatu, id ad eas terras restrictum, quas ultra citraque Vistulam Pomerelliæ vocabulo notas proprii Principes Cassubiæ & Vandaliæ titulis insignes quondam tenuere. Eæ (l) Anno CIƆCCLXXIII. à Mistevino familiæ suæ postremo, Barnimo II. Pomerano, & ortâ forte cum hoc discordiâ, Boleslao Poloniæ Duci, donatæ. Ab his ad Brandenburgios transierunt, ex quibus eas primum (m) Fridericus II. Marchio

H 4 Lu-

(k) Cranz. Vandal. Lib. III. c. 28. 29. 37. & alibi.

(l) Munster. Lib. III. c. 478. in fine.

(m) Bert. d. c. 12.

Ludovico Bavaro Imperatori coævus nactus est, belli simul pactique cum Pomeranis Polonisque initi jure. Et quidem Cassubia (*n*, inter Borussiam & Pomeraniam sita, angustioribus jam limitibus, Konitziam, Schlochau, Butou & Lauenburg; Vandalia (*o*) infimam Pomerelliæ ad Vistulam regionem complectitur.

Crosnæ Crosnæ (*p*) in Silesia Ducatum Henricus Glogoviæ Crosnæq; Dux Barbaræ, Alberti Brandenburgii

(*n*) Vid. Cluver, Geogr. Lib. IV. c. 27. n 4.

(*o*) Idem Lib. III. c. 2. n. 1. Chytr. d. Lib. I. p. 5.

(*p*) Angel. Chronic. der Marck Brandenb. Lib. III. p 329. Joachim. Curæus, Schlef. Chronic. Part. II. p 338. cum plurib. seqq. Jac. Schikfuf. Schlef Chronic Lib. II. c. 33. Limn. Tom. II. Lib. V. cap. 7. n. 34. Spener. p. 141. 142. Gastel de Statu publ. Europæ. C. IX. n. 117. Jo. Theodor. Sprenger. Lucern. moderni Status Imp. cap. 4. pag. 435.

gii filiæ, matrimonio sibi junctæ, legaverat, quam tamen mortuo (Anno CIↃCCCCLXXVI.) Henrico, Joannes Saganensis Dux, hujus Patruelis tanquam agnationis jure sibi debitam, vindicabat; unde lis & ex lite bellum, ita tandem (Anno CIↃCCCCLXXXII.) sopitum, ut reddito Joanni Glogoviæ Ducatu Crosnæ ditio cum aliis quibusdam, pro dotalitio Barbaræ pignoris nexu teneretur, quas postea (Anno nempe CIↃIↃXXXVIII.) Joachimus Elector Brandeburgius à Ferdinando I. Imperatore & Bohemiæ Rege, tanquam Silesiæ Principe, pleno atque hæreditario Jure obtinuerunt, ex quo primùm Crosnæ nomen titulis suis addidere.

Carnoviæ sive Jägerndorffii in Silesia itidem Ducatum ex Piastea Silesiorum Priucipum Gente postremus habuit Wenceslaus, & Carnoviæ.

 cujus

(q) cujus filia Barbara Joanni è Teſchinenſi proſapia, & hoc á Polonis Anno CIↃCCCCLXXIII cæſo Georgio Baroni Schellenbergio nupta, eum ſua è Domo primùm ad Teſchinenſes, à Teſchinenſibus ad Schellenbergios transtulit. Atq; hinc ortum puto, quod Dynaſtiarum loco (r) aliquibus habita fuerit: Anno CIↃIC. Schellenbergiorum ſupremi morte vacuefactum Uladislaus Bohemus regno adjecit. Hujus à filio Ludovico (s) Georgius Pius Brandenburgius (Anno CIↃIↃXXIV.) tulit, in præmium tutelæ fideliter geſtæ, & navatæ varia per officia operæ, à ſucceſſore Ferdinando I. ea conditione confirmatum, ut feudi nomine eum haberet. Exſtinctâ iſtius in filio Georgio Friderico

(q) Schikfuſ. d. Lib II. c. 39.
(r) Joach. Cur. d. Chron. Part. III p. 457.
(s) Idem p. 458. & 459 Schikfus. d. c. Limn. d. c. 7. n. 66. Spener. p. 153.

rico (Anno cIↄIↄcIII.) prosapiâ Ducatum hunc. Joachimus Fridericus Elector Brandeburgius sortitus est, (quidam (t) cum à Georgio Pio emptum à Georgio Friderico in Joachimum Fridericum transiisse perhibent) à vivo adhuc patre in Joannem Georgium filium translatum, qui (u) partibus Palatinis & rebellioni Bohemorum adversus Austriacos immixtus, ideoque à Ferdinando II. proscriptus, Anno cIↄIↄcXXIV. improlis, terrisque exutus, fata sua explevit. Datus post hic Ducatus cum quibusdam aliis Principi Lichtensteinio, ab Electore nequicquam (x) hactenus repetitus, centum millia thalerorum adspernante, quos eadem flagitanti Cæsar (y) quondam obtulerat.

(t) Vid. Limn. d. l & Spener. p. 145.
(u) Brahel. Spener. p 148. 149.
(x) Vid. Gastel. d. n. 117.
(y) Anno 1653.

terum non supra (*b*) Comites, (ut plerunque tum Burggravii,) fuerunt, cum ad (*c*) Vohburgios Burggraviatus, iste spectaret; Iis in Eberhardo emortuis, (*d*) Fridericus ex Zolleriis Comitibus ortus cum eum, donum Rudolphi I. Imperatoris sororii sui Ao. CIↃCCLXXIII. accepisset, mox Principis etiam honore adauctus est. Et quanquam ex Burggraviatu isto, (*e*) quantum ad Norimbergam pertinet, plurima Urbi Fridericus, qui primus Marchiam Brandeburgicam Domui suæ intulit, 240000. aur. vendidisset,

(*b*) Iren. d. c. 58. & 112.

(*c*) Gerard. de Roo. Annal. Austr. Lib. I

(*d*) Iren. d. c. 58. Limn. d. c. 7. num. 3 Chytr. Lib. XV. p. 383.

(*e*) Quibus Juribus iste constiterit, apparet ex literis Investituræ Rudolphi I. Imp. Anno 1281. quas ex Limn. Tom. I. Addit. Lib. V. cap. 7. exhibet Gastel. Cap. XXIV. n. 4. p. 786. add. Limn. d. Tom. II. Lib. IV. c. 4. n. 83. d. c. 7. n. 11.

(f) aliqua tamen ex eo, Feuda scilicet Ecclesiastica & secularia, Judicium provinciale, venandi, conducendique extra Urbem, aliaque jura retinuit, litium materiem occasionemque, quas quotidianas Onolsbacenicum Norimbergensibus hodieque exercent.

Principis Halberstadii. Episcopatum Salingstadii (g) vel Ostervici à Carolo Magno (Anno DCCLXXVII.) institutum filius Ludovicus Pius (Anno DCCCXIX.) Halberstadium transtulit, qui cum jam priori seculo Præsules Evangelicos plerosque ex Brandeburgiorum prosapia accepisset, in domum istam pleno Jure Westphalicæ pacis lege concessit.

Ean-

(f) Cruf. Annal. Annal. Suev. Part. II. Lib. VI c. 8. p 106. Limn dd. ll. Chytr. d. l. add. Irenic. d. Lib. c. 59. in fine

(g) Cranz Saxon. Lib. II. c. 12. Münster. Chytr. Lib. II p. 52. & Lib. XXXI. p. 952. Aliter paulo Fr. Irenic. Lib. II. c. 40. add. Fabric. Orig. Saxon. Lib. V. p. 518.

Eandem sortem Mindensis Episcopatus subiit, qui Anno ꟾↃCCLXXX. (*h*) auctore itidem Carolo cœpit; pariter cum Midæ &

Camminensi, (*i*) à Bogislào II. vel ut alii, Casimiro Pomeraniæ Duce, destructâ à Danis Ao CIↃCLXXIII. Julino instituto, ab eoque multis prædiis, iis tamen legibus, aucto, (*k*) ut ditio per quoscunque pacis bellique casus Pomeraniæ juncta maneret, & ne Episcopus nisi Principis adsensu legeretur; atque id pacto (*l*) inter Ericum I. Pomeraniæ Ducem & Sigfridum Cammini Præsulem repetito firmatum. Atque hic cum Magdeburgi reliquisque quos diximus, Episcopatibus religione solutis (secularisirt) Branden- Cammini.

(*h*) Idem d. Lib. XXXI. pag 952.

(*i*) Idem Lib. I. p. 9. Munster. d. Lib. III. c. 479.

(*k*) Chytr d. l. Spener. p. 297.

(*l*) Idem. p. 249.

denburgiis ex Westphalica pactione (*m*) obvenit, quibus abdicatæ in Succos Pomeraniæ damnum sarcirent;


Comitis & Marcæ Ravensberga Butou & Tauen.

Videatur supra explicatio Tituli Saxonici & Brandenburgici vocab. Juliac. &c.

Dynastias has ad Cassubiam (*n*) alioquin spectantes (*o*) contra Equites Cruciferos Wartislaus X. & Ericus II. Anno 14... armis asseruere, quarum post possessionem (*p*) Georgius Pomeraniæ Dux (Luthero coævus) icto, cum Polonis fœdere & favore præsertim Soceri Sigismundi Poloniæ Regis stabilem reddidit; atque hæc forsan causa, quâ nominatim ex Titulo adnectuntur; cæteroquin jam Cassubiæ appellatione comprehensæ.

(*m*) J. P. Succ. d. Art. XI.
(*n*) Cluver. Geogr. IV. 27. 4.
(*o*) Spener. p. 241.
(*p*) Idem p. 242. Chytr. Lib. XI. sub fin.

CAP.



CAP. V.

De Gente Brunsuico-Luneburgia.

Principes hi, Suevica Comitum Altorfensium (a) propago, rara felicitate; non adeo longi temporis ævo ad suprema provecti, latissime per Germaniam imperitavere, Saxoniam, Bojariam, Noricum, totumque qui Rhenum Albimque interjacet, Tractum, ditione complexi. Quin huc etiam sor- — I. Origo Domus. Incrementa.

(a) Ab Altdorf. castello in Suevia nunc Weingarten appellatum, Monasterio celebr. juxta Ravensburg, eorundem Comitum tum ditionis. V. Aventin. Annal. Bojor Lib. VI. pag. 482. seqq. Goldast. ad Ratpert. Tureg. Histor. c. 2. princ. Rer. Alemann. Tom. I. Part. I. p. 175.

ſortis benignitate Guelphica res progreſſa, ut Pomeranorum quoque, Obotritorum ſive Mechelburgiorum, aliosque Slavorum Vandalorumque Puincipes obnoxios haberent. Florentisſimam Domum Henricus cui Superbo cognomen facta indiderunt, hujusque filius Leo adflixere, miro rerum humanarum ludibrio, deſtructores magnitudinis, quam ipſi condiderant. Secundis rebus ad ſuperbiam prolàpſi, pulſique; documento fuere, quàm prope à ſumma fortuna extrema ſæpe calamitas abſit, neque proſpera minus quàm adverſa diſcriminis habere. Acceſſit vicinorum invidia, qui tantam prope ſe creſcentem molem ſibi poſterisque periculoſam rati, convellendæ tam formidoloſæ ſibi potentiæ occaſiones avidè conquirebant, arripiebantve. Hinc iſta in Henricos

cri-

crimina, ſive vera, ſive quod ita conduceret, pro veris vulgata acceptaque tanquam ſecundâ fortunâ ad injurias aliorum ſtimulati, atque altiora animis volventes, contumacius agerent, quàm ut meminiſſe imperitantium credi poſſent. Inde (b) Superbus, poſtea Leo, Saxoniâ Bojariâq; Cæſaris Procerumque ſententiâ tertiùm provoluti, ſuo caſu comprobavere, quàm intuta aut uſurpata nimiùm, aut Decrementa.

(b) Arnold. Lubec. Chron. Slavor. Lib. II c. ult. Cranz Saxon. Lib. VIII. cap. 28. Annal. Godofr. Monach. n. XXVII-XXXI. apud. Marquard. Freher. Germ. rer. Tom. I. pag. 247. 248 num. XXXVIII. pag. 254. Chron. Auſtral. excerpt. per Math. Mareſchall. de Bappenheim. ad Annum MCLXXX. d. Tom. p. 319 Chronic. Auguſtenſ. Monaſt. S. Udalr. excerpt. per Eund. ſub. princ. d. Tom. pag. 359. & ad Ann. MCLXXIX. pag. 361. Anno MCLXXX p. 362. Fr. Iren. German. Exeg. Lib. III. c. 63 aliique allegati ſupra, Cap. II pag. 61-63. & Cap. III. pag. 116-119.

aut formidata aliis, potentia esset. Et Leo, patria extorris, egens, Cæsaris ad misericordiam versus, & ad infimas, (ut sunt molles in calamitate mortalium animi) obtestationes precesque procumbens, istud demum obtinuit, ut cæteris exuto, patrimonium salvum maneret.

Comitatus Luneburgensis

Eo Brunsuicensis maxime atque Luneburgi Comitatus continebantur. (c) Luneburgensem Otto M. Imperator constituit, versis eo Burggraviatus Mekelburgici bonis, quæ sine liberis decedens Otto Burggraviorum postremus, Cæsari reliquerat. Eum (d) cum Saxonia Hermannus Billingius accepit, donum Imperatoris, insignia hujus in se officia egregio aliquo munere ornaturi.

& Brunsuicensis.

Antiquior Brunsuicensis Comitata-

(c) Iren. d. Lib. III. c. 61.
(d) Idem. d. l. Lehmann Chron. Spir. Lib. V. c. 5. Munster. Lib. III. c. 442.

tatus origo est. (e) Brunsuicum Bruno condidit. Inde nomen loco. Comitis honorem cum agriparte frater, sive ut alii, fratris filius, Henricus Auceps adjecit. Defuncto sine liberis Brunone, illiusque ratre Theodomaro sive Ditmaro, Comitatum Henricus Guilielmo filio dedit. Ab hujus nepote Ottone, sine prole itidem extincto, ad propinquos, Marchiones Saxoniæ devenit. Hisce orta Gertrudis, Henrico Northeimii Comiti elocata, ratre Egberto prosapiæ istius ultimo vitâ defuncto, paternam ditionem mariti Domui intulit. Inde Lothario Imperatori, (f) jure uxoris Rixæ, Henrici & Gertrudis filiæ, denique Henrico Superbo obtigit, qui Wulfhildin Magno Billingianorum supremo pregnatam

tam

(e) Iren. d. c. Cranz. Saxon. Lib. II. cap. 31. Munster. d. Lib. III. c 438.

(f) Cranz. Saxon. Lib. V. c. 25. Lib. VI. c. 4. Iren. d. c.

tam, utriusque Comitatûs hæredem accepit. Idque matrimonium ad majora nitenti decus ac robur fuit; diuturnum, si ipse filiusque sivissent.

Atque hic avitæ, ut recensuimus, ditioni restitutus, filios (*g*) Guilielmum Luneburgi & Henricum Brunsuicensis Comitatûs hærede nactus est; (Otho quippe contra Philippum Cæsar creatus orbus supremum diem obierat.) Henrico post masculaitidem sine sobole mortuo, Comitatus isti, in Ottonem Puerum, Guilielmi filium coaluere. Is (*h*) à Friderico II. Imperatore Comitiis Ao. CIƆCCXXXV. Mo-

in Ducatum erecti.

(*g*) Cranz. Saxon. Lib. XII. pag. 301. Munster. Lib. III. c. 441. p. 881.

(*h*) Cranz. Saxon. Lib. VIII. c. 5. & 28. Aventin. Annal. Bojor. Lib. VI. sub fin. & Lib. VII pag. 525. Iren. Lib. III. c. 63. 64. Munster. d cap. 438. & 441. Chytr. d. Lib. XII. p. 302.

Moguntiaci habitis, communi Principum adſenſu Ducis dignitatem accepit; tanta iſtius diei ſpecie lætitiâque, atq; ipſius Cæſaris gratulatione, (i) ut omnium in Annales eum referri cupiverit.

Ottone nati Albertus atque Joannes, poſt patris fata, auctore avunculo Marchione Brandenburgio ita familiam diviſerunt, (k) ut Alberto Brunſuicenſis, Joanni Luneburgenſis ditio cederet, titulus utrinque integer ipſis poſteriſque maneret.

(i) Annal. Godofr. Monachi, ad Ann. MCCXXXV. apud. Freher. rer. German. Tom. I. p. 299.

(k) Cranz. Saxon. d. Lib. IIX. c. 27. 28. & Lib. IX. c. 21. Munſter d. c. 441. p. 881.

II. Di-

II. Divisio

Otto Puer creatus Dux Brunsv. & Luneb. Ao. 1235.

- **Braunsch.** Albertus Magn. ob. 1278.
  - **Grubenhagen.** Henric. Mirab. ob. 1322. desiit in Philippo Anno 1596.
  - **Braunschweig** Albertus Pinguis obiit Ao. 1318.
    - **Braunschweig.** Magnus Pius. ob. 1386. - Magnus Torquatus.
    - **Göttingen.** Ernestus defecit in Ottone Coclite 1463.
- **Lüneburg.** Joannes ob. 1276. defecit in Guilielmo Ao. 1368.

Einbeck.
Fridericus
defecit in ipso
Anno 1400.

Harburg
Otto ob. 1549. def. in nepotibus.

Danneb. jam Wolffenb.
Henric. - Rudolphus Augustus n. 1626.
1589.

Lüneburg - Henric. jun. ob. 1532.
Bernhardus
ob. 1434.

Zell.
Ernestius
ob. 1546.

Zell
Gulielm.
1592.

Zell.
Georg Wilh.
n. 1624.

Calemberg. f.
Hanover.
Johan. Frideric.
n. 1625.

Braunschw.
Henricus ob.
Ao. 1416.

Wolffenbüttel.
Henricus senior defecit in
Frid. Ulric. Anno 1634.

Calemberg.
Ericus senior defecit in Erico jun.
Anno 1584.

III. *Titulus.* Principes hi insolitâ nunc Magnatibus modestiâ non nisi Brunsuici & Luneburgi Ducum titulos præferunt, quibus quando primùm ornati sint supra memoravimus.



CAP. VI.

CAP. VI.

De Gente Mechlenburgicâ.

LAtissime (*a*) aliquando patuit Vandalorum nomen, in plures Civitates diffusum. Ex iis Obotriti (*b*) terras habitavere, quas à Megapoli s Meklinburgo. inclyta (*c*) Obotritorum Urbe, mutato vocabulo Megopolitanas I. *Origo.*

(*a*) Vid. supra Cap. IV. p. 174. 175.

(*b*) Helmold. Lib I. cap. 2. 21. & 24. Cranz. Vandal. Lib VII. c. 6. Reiner. Reinecc. Append. ad Helmold. de Gent. Germ. & Henet. appellat. p. 219.

(*c*) Ita vocat Cranz. Vandal. Lib. III. c 1. add. Lib. V. c. 3. ubi appellatur Urbs prima Obotritorum. Helmold. d. c. 24.

(*d*) sive Mektenburgicas secuta ætas nominavit. Vetustissimis à seculis usque ad nostra tempora principes mansere ex gente ipsorum, nobile Godeschalci & Buthuis genus; sui aliquando juris, regiaque (*e*) dignitate insignes. Externos pati primùm Carolus M. (*f*) post (*g*) Henricus Auceps, (*h*) Ottonesque, & qui Ottonum auspiciis Saxoniam regebant, Billingianæ familiæ Duces (*i*) coëgere. Sæpius rebellantes à Cæsaribus Ducibusque in ordinem redacti, post obitam à Bern-

(*d*) Quàm rectè, observat Conring. Animadv. msscr. in Lampad. de Republ. Rom. German Part. III. c. 5. §. 22. Phil. Cluver. Geogr. Lib. III. c. 14 n. 3.

(*e*) Eam in dubium vocat Conring. d. l.

(*f*) Helmold. Lib. I. c. 3. Cranz. Saxon. Lib. II c. 12. Vandal. Lib. II. c. 23. Annal. Franc. Fuld. apud Freher. rer. Germ. Tom. I. p. 7. & 10. Chron. Reginon. Edit. Argent. A. 1609. p. 402. (*g*) Helmold. c. 8. Chron. Regin. p. 438. (*h*) Idem cap. 9. 11. 13. & 18. Cranz. d. Lib. I. c. 30.

(*i*) Helmold. c. 16, 22, & 25.

Bernhardo Saxone mortem (*k*) infensius erupere. Caussa motûs, super insitam genti ferociam, quòd pati (*l*) ulterius tributa adspernarentur, quæ suapte natura gravia, acrius quam ut tolerarent barbari, Saxones cogebant. Inde questus, & lamenta, & postquam non subveniebatur, remedium ex armis; nihil patientiâ profici cernentibus, nisi ut graviora ex facili tolerantibus imperarentur. Spes ex Germaniæ malis, (*m*) quam primum Henrici IV. infantia, inde continua interhuno Proceresque Imperii bella misserum in modum adficiebant. Conversis ad civile bellum animis externa sine cura habituros, arbitrabantur.

(*k*) Helmold. Lib. I. c. 22. Cranz. Vandal. d. Lib III. c. 4.

(*l*) Helmold. d. Lib. c. 16. sub fin. & 25. add. c. 56. Cranz. d. Lib. c. 2. 4. & 6. add. cap 40.

(*m*) Helmold. c. 22. Cranz. c. 3.

tur. Primum facinus resumptæ libertatis fuit (n) Godeschalci Principis cædes, ob pietatis, fideique in Saxones crimen popularibus invisi; quo contacti regio sangvine spem in perpetuum cum Saxonibus regiaque familia pacis amitterent, adeoque minori spe veniæ cresceret vinculum sceleris. Et ne in Deum reverentius agerent, Christianos ritus simul (o) exuerunt, imperantium odio; res haud dissociabiles rati, obsequium & religionem. Ne sine Principe degerent, Cruconem (p) sive Critonem delegerunt: unde acerrima cum Godeschalci filiis bella, cum illinc tutandæ firmandæque libertati, hinc reparandæ dominationi atque ulciscendæ paternæ

(n) Helmold. d. c. 22. Cranz. d. c. 4.
(o) Helmold. Lib. I. c. 24. 25. Cranz. Vandal. d. Lib. III c. 6. & 8.
(p) Helmold. d. c. 25. & 26. Cranz. d. Lib. c. 4 - 8.

næ morti certaretur, minori Buthuis (id majoris natu Godeschalci filio nomen.) Saxonumque, quorum opibus is defendebatur, fortuna; qui post varios, plerumque improsperos, armorum casus, Plœnensi oppido circumsessus, ad Critonis fidem, confugit; vitam atque incolumitatem sibi suisque pactus. Cætera victoris arbitrio permissâ. Barbaris projectâ Numinis hominumque reverentiâ ad omne scelus imbutis minus religiosum erat, datam hosti fidem infringere. Egressos, inermesque trucidaverunt. Ita oppresso Buthue securior Crito, minori metu agebat, quem adversus Saxonum insultus afflictæ ipsorum res, Slavorumque in eos odium, tutiorem faciebant. Et novum Imperium ipsa temporis diuturnitate convaluerat. Coalitam, ut videbatur, firmatamque potentiam exul

perculit, ſubvertitque. Henricus (q) alter Godſchalco filius erat. Is poſt patris calamitatem, & tentatam à fratre infeliciter ultionem, Daniam, unde maternum ei genus, perfugerat. Propriis viribus deſtitutus, Saxones opperiebatur, ſi forte lætiori aliquando ſucceſſu bene gerendæ rei occaſionem patefacerent. Verùm longinquiorem eam ſpem cernens, quam ut ei immorari illi integrum eſſet, ipſe ſe ad paternum faſtigium accingit, animo deſtinans, cùm armis minus valeret, conſiliis & aſtu res Obotritas moliri; gnarus plura ſæpe ſapientiâ quam vi perfici. Supererant inter populares paterni amici, etiam filiis fidi, alii quoque, florenti Principum domui haud adeò æqui ſupremis ejus neceſſitatibus ad miſerationem evincebantur; ſi rogarentur,

(q) Helmold. Lib. I, cap. 25. Cranz, d. Lib. III, c. 18, 19.

tur, ad vindictam acrius exarsuri. Etiam alii accessuri sperabantur, seu fidei publicique decoris curâ, sive præsentium pertæsi, vetera mallent, aut quibus denique vel ex flagitiis peccandi necessitudo, vel obegestatem compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium, motis rebus alacres, & per incerta tutissimi ideoque novas in cupiditates facilius alliciendi. Adfuit fortunæ industria. Amici litteris atque internunciis, quid facto opus, moniti, ad omnium obsequium prompti, plura ausuri, si ipse adventasset. Ita compositis, quæ tempus svadebat, comparata ex Danis Slavisq; idonea militum manu Aldenburgum, (Oldenburgum aliàs dicimus,) aggressus expugnat. Inde populationibus pervastata, qua mari adjacet Vandalia; & actæ passim prædæ, animū, opes, famam addiderant, metusque

omnis ab Henrico in Critonem veritis. Labare tyrannus, petendæque aut admittendæ pacis consilia sumere; senectâ ad arma segnior, & incerta fortunæ bellorumque pavescens. Oblatis igitur commodis conditionibus mitigandum ratus, quem compescere non liceret, villas permisit quibus vitam amissique regni dolorem mitius toleraret; occasionibus interim intentus, quibus hominem sibi adeò suspectum invisumque, cum vi non posset, fraude amoliretur. Quæ à Slavina conjuge, Henrico prodita, in Critonis exitium verterunt, proniori, quàm matronam deceret in juvenem affectu, haustaque spe matrimonii ejus potiundi, si exosum sibi atque ætate labefactum demovisset. Henricus igitur, insidias sibi tendi, monitus, mutua dissimulatione, iisdemque quibus petebatur, artibus grassan-

ſandum ratus, ſenis dolos alio aſtu eluſit, reddiditque. Ut occuparet injuriam, Slavina amore ejus, ut diximus, incenſa, perſvaſit, (neque enim fœmina neglectâ pudicitiâ alia abnuerit,) ad conjugii ſpem, conſortium imperii, & necem mariti impellens. Non ægre paruit Henricus, ſuopte ingenio ferox, Critonis injuriis, paternæque cædis cogitatione, intentatis denique ſibi inſidiis, ad ultionem avidior. Firmandæ, ut dictitabat, concordiæ ad convivium rogatum, tractaque in multam noctem lætitiâ, per epulas ac vinolentiam incautum, & poſtquam dolum intellexerat, numen violati fœderis vindicem, & hoſpitales menſas obteſtantem, occidi jubet; ditione mox ac conjugio Critonis potitus, non ſive adverſo in Henricum rumore, qui quanquam tyrannum perfidumque ſimili perfidiâ perver-

tiffet; multis non adeo iniquum existimantibus, sua exempla in auctorem recidisse. Inde insolitâ ferè Majoribus erga Saxoniæ Principes reverentiâ, (r) ad Magnum Saxoniæ Ducem, per adfinitatem connexum, profectus, fidem sacramento promisit. Contermini Vandaliæ populi tumultuari cœptantes, ingenti strage, non sine divina ope, repressi, jugumque recipere coacti; tanta imperii magnitudine, ut regio nomine, (s) quamvis ipse ob modestiam abstineret, alii salutarent, supra Obotritos, Wagiros, Polabos, Kycinos, Circipanos, atque Lutitios, (ita tum (t) Oldenburgensis, Guzkoviensis, Wolgastensis atq;

Lu-

(r) Helmold. d. cap. 54. Cranz. d. Lib. III. cap. 20.

(s) Helmold. c. 36. in fine. Cranz. c. 22. add. c. 26.

(t) Reiner. Reinecc. Append. ad Helmold. de Gent. German. & Henet. appellat. pag. 239.

Lusaticæ terræ incolæ appellabantur,) etiam Pomeraniam omnemque, qui inter Albim & mare Balthicum Poloniam usque porrigitur, tractum, imperio atque ditione tenentem. Non eadem filiis Zuentepolco atque Canuto solertia, prosperitasque. Nondum adultis (*u*) atque cætera etiam regundæ provinciæ incapacibus, Canutus regiæ Danorum stirpis Princeps datus, qui regnum interim tractaret, obnitente primùm Canuto, sive, ut præferebat, invidiam verito, si Tutoris nomine filios patris hæreditate arcuisse videretur, sive specie recusantis, Henricum, ut instantius flagitaret, accensurus. Et pervicit Henricus, ut se exorari Canutus pateretur. Lotharius etiam Imperator rogatus adsensum, commodavit; more jam tum Vandaliæ Principum, quibus vis

(*u*) Cranz d III. c. 28. & Lib. VII. c. 12. & Saxon. Lib. VI, c. 2.

& potentia ex auctoritate Germana. Rex etiam (x) Canutus ab Imperatore salutatus, supra hominis virtutem supremo fastigio dignam, regios illius natales, & parem regibus fortunam reputante; Ad Cæsarum quoque decus pertinere videbatur, Regibus etiam imperare. Ita per aliquod tempus sive Tutoris nomine: sive (ut (y) alii,) suo jure regnabat Canutus, cum Henrici, quos memoravimus, filii, per absentiam ipsius, regimen, seu invito, sive, ut vero similius, permittente illo, capessentes, florentem Canuti prudentiâ patriam sua per dissidia adflictando, patris de se judicium eventu

com:

(x) Cranz. Vandal. d. Lib. III. c. 25. & Saxon d. c. 2.

(y) Ita Saxon. Grammat. Histor. Dan. Lib. XIII. pag. 211. qui legatam Canuto ab Henrico provinciam dicit: Paulò aliter etiam Helmold. qui morte demum filiorum Henrici Canuto eam obvenisse refert, d. Lib. I. c. 48. & 49.

comprobarent. Vix imperium, jam discordia erat. In gratiam, militum operâ, rediere. Interemptus non multo post natu minor (z) Canutus, quo auctore, incertum. Plerique fratris scelus suspectabant, facili conjectura, eodem loci consilium facinoris atque pretium esse. Exsolvit (a) injuriæ vicem Zuentepoleus, pari flagitio occisus. Cujus fata secutus filius Suinico, imposito Henrici prosapiæ fine, Canuto honestioris plenorisque successionis locum aperuit. Controversiam (b) tamen movebant Pribislaus atque Nicolottus Buthuis filii, invalido adversus potentiorem agnationis argumento. Exstincto demum (c) perfidia Magni

(z) Helmold d. cap. 48. Cranz d. Lib. III c. 31.

(a) Helmold d. c. 48. Cranz c. 32.

(b) Helmold. c. 49. Cranz. c. 33.

(c) Iidem. ille, c. 52. Hic, c. 37. & Saxon. Lib. VI. c. 4.

gni Daniæ regis filii, Canuto, avitum patrimonium recuperavere, ita partiti ut Pribislaus Wagiros atque Polabos, (Oldenburgenses nempe ac Raceburgenses), Nicolottus Obotrittos sive Mekelburgios acciperet. Hisce (*d*) diuturna cum Henrico Leone Saxoniæ Duce, bella, pro religione quædam, pleraque pro libertate, quam Saxoniæ Duces jamdudum delibarant; & rebellionis (*e*) atque obsequii pro varietate successum vices. Hæc inter Pribislaus à Rugianus captus, supremum diem captivus obiit. Nicolottus (*f*) ad antiqua relapsus,, quietis impatientiam primùm jactura terræ ,, mox vitæ luit. Filiis Pri-

(*d*) Helmold. c. 56. 57. 62-65. 68. 87. Grand d. Lib. III. c. 39. 40. IV. 1. 3. 4. 8.
(*e*) Helmold. d cap. 68. 71. 83. pag. 69 cap. 84. 86. Cranz. Vandal. Lib IV. cap. 8. & 13.
(*f*) Helmold, cap. 87.

Pribislao ac Wartislao in gratiam admissis, adempta Obotritorum regione, Circipanorum & Kycinorum ditio (Gryphisvaldia, Wolgastum, atque Guzkovia cum agro) reddita. His eadem, (g) quæ plerisque Majorum, Saxonici obsequii intolerantia. Rebellionem nunquam impune ausi continuis cladibus rem Slavicam adflixere. Post captivitatem fratris, tentatamque toties improsperè fortunam (h) Pribislaus, animadverso, non aliud ruentis Domûs remedium, quàm Saxonum in clementia esse, ad obsequii constantiam compositus, recepta Obotritorum terra, absque Po.

(g) Idem c. 92. & Lib. II c. 2-6 Cranz. d. Lib. IV. c. 35. 36. Lib. V. c. 3. 7. & Saxon. Lib. VI. c. 10.

(h) Helmold. d. Lib. II. c. 7. 12, 13. & ult. Arnold Lubec. Supplem. Helmold. Lib. II. c. 1. 2. Cranz. d. Lib. V. c. 8. add. c. 11. & Saxon. d. Lib. c. 21.

Polabis Wagitisque) sincera fide Leonem coluit; positâ regii honoris memoriâ, Ducis dignatione contentus. Atque hæc circa tempora, exolescente Obotritorum vocabulo Mekelburgicum nomen invaluisse, suspicari licet. Imminutam à Saxonibus libertatem non multo post etiam Dani, Rege Canuto, Magni filio, attentavere, (i) qui inter fratrueles Burevinum Pribislai, & Nicolottum Wartislai filios acriter invicem diffidentes, arbiter lectus istorum discordiam in occasionem emolumenti tracturus, hoc modo sententiam dixit ut quam utrique parti portionem adjudicaret, Danorum Regum beneficio possiderent; quo tamen (k) nexu non multo post, versâ indeterius Dani fortuna, cum reliquis Vandalorum etiam

(i) Cranz. Vandal. Lib. VI. c. 24. add. Lib. VII. c. 6.

(k) Idem. Lib. VII. c. 10.

etiam ipsi sese exemerunt. Istorum exposteris (l) Joannes atque Albertus, à Carolo IV. Principum Imperii Ordini (Ao CIↃCCCXLVIII) adscripti continuam Principatuum illorum possessionem ad posteros transmisere.

Ea Patrum ætate (m) Adolphus Fridericus Sverinensis, atque Joannes Albertus Gustroviensis, fratres, tracti casu Dani exciderant; Fœderis crimine, quod tuendæ inferioris axoniæ regionis (Nieder-Sächs. Kreiß-Verfassung) nomine, in se copiasque suas sub Fridlandio, atque Tillio toti Saxoniæ graves, coaluisse Ferdinandus argue-

(l) Cranz. Saxon. Lib IX. c. 27 Vandal. Lib. VIII. cap. 22. Munster. Cosmogr. Lib. III cap. 469 p. 915 Fr. Irenic. Germ. Exegef. Lib. III. c. 98

(m) Vid Lundorp. Act. publ. Tom. IV. cap. 5 & 6. Gastel. de Statu publ. Europæ Cap. XIX n. 102.

guebat. Fœdere abſiſtere, neve hoſtilia arma falſis velarent, aliquoties moniti, cum tardius & poſt Dani demum cladem, obtemperarent, adeoq; amicitiam Regis falſo exuiſſe viſi, Fridlandium ſucceſſorem à Cæſare acceperunt, fidem ſe nunquam mutaſſe, & noviſſimi conſilii Regis ſe expertes, aliaque eundem in ſenſum nequicquam cumulantes, nullo expulſis in Danis præſidio, qui ſuismet anguſtiis conflictati, Lubecenſi pactione ſibi conſuluere, Mechelburgiorum incurioſi. Hi igitur cum alia non ſuppeterent, ad Svecorum opem converſi, cum mixtas minis horum preces Imperator ſpreviſſet, mulctæ, ſi quam Duces meruerant, exſolvendæ ſeſe vades offerentium, armorum Svecicorum, validiori ſcilicet opera ablatas Terras recuperavere; (Anno CIↃIↃCXXXI.) quatuor poſt

post Annis Pragensi Pace Cæsaris ad gratiam recepti, faciliori jam ad eam aditu, postquam Fridlandius, nimiâ fortunâ socors, usurpatæ tot per annos in Germaniæ Proceres Dominationis, suæque in Cæsarum Domum perfidiæ pœnas, funesto exitu, sero magis quam immerito supplicio persolvisset.

II. Divisio

II. Divisio Gentis Mechlenburgicæ.

Henricus junior.
- **Mecklenburg.** Joannes Theol. D. ob. 1260. — Henric⁹ Leo ob. 1329.
  - **Mecklenburg.** Albertus I. cum fratre Joanne inter Imperii Principes adsumtus Anno 1348. — Joannes ob. A. 1522.
    - **Schwerin.** Adolphus Fridericus obiit A. 1638. — Christianus n. A. 1623.
    - **Güstrou.** Joannes Albertus ob. 1636. — Gustav. Adolphus n. 1633.
  - **Stargardt.** Joannes, defecit in Ulrico A. 1471.
- **Wenden.** Nicolottus desiit in Christophoro & Guilielmo A. 1430.

Supra jam dictum, Pribislaum, parte aviti patrimonii atque ſimul regio, quo Majores eminuerant titulo cedere ab Henrico Leone adactum Ducis nomen adſumſiſſe, cujus poſteri Joannes ſcilicet Stargardiæ & Albertus Meckelnburgi nomini in Collegium Imperii Principum à Carolo IV. cooptati, Meckelburgi Duces audiere. III. *Titulus.* Ducis Meckelburgi.

Commune (n) quondam tot Nationibus Vandaliæ nomen, anguſtius (o) Saxonum in Vandalos odium contemptusque effecit, patrio ſolo ejectos, aut ubi manerent, ſervorum ferè in modum habitos. Duravit tamen etiam poſt ſumptam Meckelburgiorum appellationem Principibus titulus, unà cum terra, Gu- Princips Vandaliæ.

(n) Vid. ſupra, pag. 174. 175. & 195.
(o) Cranz. Vandal. Lib. VII. c. 10. add. Lib. IIX. c. 4.

(Gustroviam, (p) Plaviam, Ribniz, Malchin, aliaque ea continet,) cui soli fermè Vandaliæ Vocabulum hæsit, ex amplissimo Germaniæ spatio ad tantillæ regionis angustias redactum; tanti ceteroquin etiam à Regibus Daniæ habitum, ut Vandalorum se Reges hodieque ferant, (q) Orto, ut videtur jure, à Canuto Obotritorum, Danici generis, rege, & quod (r) Canutus, Magni filius Daniæ Rex, inter Burevinum & Nicolottum de hæreditate disceptantes arbiter sumptus, addictam utrique regionis partem clientelæ nexu sibi obstrinxerat. Tantusque tituli amor, ut etiam post assertam jam ab aliquot seculis Vandaliæ li-

(p) Chytr. Saxon. Lib I. sub princ.

(q) Cranz. Vandal Lib III. c. 30. & 36. ubi titulum hunc primò ab Erico Daniæ Rege usurpatum putat.

(r) Idem Vandal. Lib. VI, cap. 24. add. Lib. VII. c. 6.

(s) libertatem, ne nunc quidem omittant. Cæterum istam, quam diximus, Vandaliæ portionem sortitus est Nicolottus, Frater Joannis, cui Meckelburgia ditio ex paterna hæreditate obvenerat, ad hujus posteros in Henrico Pingui devolutam, postquam Guilielmus sine liberis (Anno CIƆCC ◦ XXX.) vitâ defunctus familiæ suæ finem fecerat.

Mecklenburgurgi (t) Episcopatus Anno circiter CIƆLXII. auctore Godeschalco Obotritorum Principe cœpit. Antistes Ioannes, cui à patria Scoto cognomen, datus, qui juxta cum Godeschalco à Vandalis superstitionis avitæ pervicacibus, misera morte sublatus est. Inde Sverini

K Sve-

(s) Idem d. Lib. VII. c 10.

(t) Helmold. Lib I c. 22.&seq Cranz. Saxon. Lib. VI. c. 12. junct Lib. III. c. ult. Chytr Lib. XXXI p. 953. Aliter Fr. Irenic. German. Exeg. Lib. III. c. 43.

Sverinum (*u*) Henricus Leo transtulit, quo à Slavorum injuriis Antistites aliquando tutiores degerent, Agro reditibusque (*x*) Henricus Leo instruxit. Eum, cùm seculis prioribus multi ex Meckelburgia gente jam obiviſſent, hæreditario tandem jure Weſtphálicæ pàcis conſtitutione in iſtos ceſſit, ſacra conditione ſolutus, (*ſecularisirt*) in Wismariæ redhoſtimentum, quam Svecis ſatisfieri ſibi petentibus relinqui, pacis intereſſe viſum fuerat.

& Raceburgi. Eadem Origo, par finis Epiſcopatui Raceburgenſi fuit. Godeſchalci operâ, (*y*) vertendis ad Chriſtiana Sacra popularibns, conſtitutum, certa agri parte aliisque redi-

(*u*) Arnold. Lubec. Chron. Slavor. Lib. IV. cap. 24. Cranz. Saxon. Lib. VI. c. 12. & 2?. Vandal. Lib. IV. c. 36

(*x*) Idem Saxon. Lib VI c. 10.

(*y*) Helmold. d. c. 21. add. c. 83. in fine c. 91. princ.

ditibus auxit (z) Henricus de Badewide Polaborum, (ita tum incolas appellatos jam innuimus,) Comes, cui paulo ante ea Provincia obvenerat, proprio (a) ausu, ut videtur, per temporum Henricianorum turbas occupata, inde ab Henrico Leone confirmata, invicem (b) Wagriæ (Oldenburgiæ terræ,) Adolpho Holsatiæ Comiti cessæ, postquam Henricus Leo, cujus invidiâ Adolphus Holsatiâ pulsus, suam suorumque rem restituisset. Henrici Comitis prosapiâ in pronepote emortua, Comitatus ad Bernhardum Saxoniæ ex Gente Ascaniâ Du-

(z) Cranz. Saxon. Lib. VI. c. 19. Vandal. d. c 12. & 23.

(a) Vid. Helmold Lib IV c. 7.

(b) Idem Lib. I. c. 56 Cranz. Vandal. Lib. VI. c. 32 Saxon. Lib VI c. 31. Saxon. Lib VI. c 10. add. c. 5 & 9 Cyriac. Spangenberg Holstein Chronic. Lib. I. c. 9.

cem, (cujus (c) clientelam post supremum Henrici Leonis casum, Bernhardus filius Henrici subierat:) *Feudi*, ut vocant, *aperti* Jure pervenit. Num Episcopatui is postea accesserit, ut in compertum, in medium relinquimus. Cæterum hic sacris Evangelicis & Mekelburgiæ stirpis Præsulibus jam pridem (d) adsvetus, æquali cum Sverinensi sorte, ademptæ Wismariæ jacturam (e) Westphalicæ pacis lege pensavit.

Comitus Sverini. Sverinensi agro, victo Nicolotto (f) Buthuis filio, Guncelinum, (g) primæ nobilitatis, proba-

(c) Helmold. d. c. 7. ubi de posteritate istorum Comitum.

(d) Vid. Chytr. Saxon. Lib. XXI. p. 566.

(e) Instr. Pac. Osnabr. art. XII.

(f) Vid supra pag. 207. 208.

(g) Helmold. Lib. I. c. 87. Cranz. Saxon. d. Lib. VI. c. 19. Vandal. Lib. IV. c. 36. Munster. Cosmogr. Tom. III. Lib. . p. 915. Chytr. Lib. [illegible]I. p. 327.

batæque fortitudinis ac fidei virum, Henricus Leo Comitis nomine præposuit. Et constitit Guncelino Ducis beneficium, etiam cum Pribislaus (h) Nicolotti filius, Henrico reconciliatus cætera sponte victoris recepisset. Turbaverunt (i) duorum seculorum possessionem Albertus atque Joannes Mekleburgii, cum Imperii Principum honore etiam animis aucti, clientelæ saltem titulo eam à Comitibus haberi postulantes. Quo eventu, comperire non licuit. Quanquam vero propius videatur, Comites, quo claritudinem Domûs obsequio protegerent, potentioribus concessisse. Eorum familiam finiit Otto, Rosa cognominatus, cujus filia Richsa si-

(h) Helmold. Lib. II. c. 7. Cranz. Saxon. Lib. VI. cap. 21. Vandal. Lib. V. cap 8. Munster. d. l.

(i) Cranz. Vandal. Lib. VIII. c. 22.

ſive Richardis (k) Alberto II. Duci Meckelburgio, Regni quoque Sveciæ honore poſtea aucto, nupta, titulum, (quem tamen jam ante Albertum primum Imperii ex Mechlenburgiorum Gente Ducem uſurpaſſe quidem (l) volunt,) terrasque Comitatus iſtius in domum (m) mariti attulit.

Domini Roſtochii. Roſtochium à Pribislao, (n) quem ſupra nominavimus circa Annum CIↃCLX. conditum, orta, ut jam retulimus, inter Burevinum (o) & Nicolottum contentione, à Canuto arbitro una cum terra Kuſſinorum ſ. Guzgovienſi Nicolotto adſignatum, in Danorum fidem atq; ditionem conceſſit. Burevini etiam ne-

(k) Cranz. Vandal. Lib. VIII. c. 21.
(l) Munſter. d. c. p. 915.
(m) Chytr. d. l.
(n) Cranz. Vandal. Lib. V. c. 8. 19. & Lib. VI c. 24.
(o) Cranz. d. cap. 24.

nepos, Nicolottus. (*p*) Puer dictus, quo ab Erico Dano auxilium contra Albertum Brandeburgium, promptius impetraret, spretæ à Nicolotto filiæ injuriam ulturum, familiam novo nexu mancipavit. Recepit tamen (*q*) pristinum jus à Christophoro Daniæ Rege, Henricus Leo Meckelburgi, Dux; pensandis damnis, quæ orta forte inter utrumque controversia Dani intulerant. Atque inde titulis horum id peculiariter insertum.

Stargardiæ Dynastiam (*r*) Meckelburgiorum Domui, (*s*) dotis — Stargardiæ.

(*p*) Idem Vandal. Lib. VII. cap. 45. Munster d. c. p. 914.


(*q*) Cranz. Vandal Lib. VIII. c. 6.

(*r*) Denominata ab Urbe Stargardia, quod Slavorum linguâ, magna & antiquâ Civitas, ut interpretantur Helmold. Lib. I. c. 12. Cranz. Vandal Lib. III c. 4 in fine.


(*s*) Idem Lib. VIII. cap. 4. Munster. d. pag. 914.

loco intulit, sive retulit potius Beatrix, Alberti Marchionis Brandenburgii filia, Henrico Leoni, cujus modo meminimus, matrimonio juncta, ab eoque primùm illius filio (t) Joanni, & deficiente hujus stirpe (u) in Ulrico (Anno CIↃCCCCLXXI) ad Alberti progeniem pervenit, cui etiam ob eam bellum quondam cum Ludovico Romano intercesserat, (x) data huic istius filia Engelburgi compositum.

(t) Cranz. Lib. IX. c. 25.
(u) Idem Lib XIII c. 5.
(x) Spener. Syllog. Geneal. p. 229.



CAP. VII.



CAP. VII.

De Gente Wirtembergicâ.

WIrtembergensis Comitatus primò non nisi (*a*) arcem Wirtembergensem cum agro vicino complexus est. Primum Co- I. *Initia.*

(*a*) Compositum, ut quibusdam placet, ex Wirth / & Berg / vel der Wirth am Berg; Crus. (cui tamen id displicet,) Annal. Svevic. Lib. III. Part. II. c. 10. pag. 91. Lib VI. cap. 6 p 188. & Lib Paraleip. c. 2. sub fin. . De Arce ista Comitatus initio, add. Idem Lib. IX Part. III. c 6 p. 501. Hortleder. de Causis Belli German. Bart. I Lib III. c. 1. n. 1. Jo. Pedius Thethinger. Comment. de Wirtemb. reg gest. Huldrico principe. Lib. I. princ. apud Sim. Schard. Tom. II. p. 98. Bert. rer. Germ. Lib. II. c. 20. Limn. Tom. II. Lib. V. c. 16. n. 1.

(b) Comitem Conradum, habuit, ab Henrico IV. Imperatore eo honore affectum, incertæ (c) originis, quo non validius antiquissimæ nobilitatis indicium. Beutelsbachiis (d) tamen Baronibus ortum plerique statuunt; quæ Carolinis temporibus (e) supra Comites dignitas fuit; cum hi ex plebe sæpe sumpti (f) Cæsarum regumque vice Jure per pagos vicosque redderent, Barones non nisi claris Illustribusque familiis orti, suo jure, terras tenerent. Cæterum, Comitatus hic, iis

(b) Crus. Part. II. Lib. III. cap. 10. p. 92. Lib. VII. cap. 8. sub fin. Lib. IIX. cap. 10 pr. Lib. IX. c. 5. p. 319. Jo. Rupolph. Stumpf. Schweitzer Chronic. Lib I. c. 38.

(c) Vid. Crus. d Part. II. Lib. I. c. 2. p. 4. Paraleip. c. 2. & Part. III. Lib. V. c. 6. p. 277.

(d) Idem d. Part. III. Lib. III. c. 10. & Lib. VI. c. 6. p 188.

(e) David Wolleber. Chronic. der Freyherren von Hohenstauffen/ mscr. sub princ. Gastel. de Statu publ. Europæ. c. XXXI. n. 34.

(f) Facit huc Tac. de Mor. Germ. c. 12.

iis quæ diximus initiis ortus Conradi à posteris (g), belli, nuptiarum, hæreditatis atque emtionis jure, denique & Imperatorum liberalitate, Vaiblingæ (h), Uraci (i) Tubingæ, (k) aliisque Comitatibus ac

(g) Cruf. Part II. Lib. III. c. 10. p. 91. Hortled. d. c. 1. n 2. Münster. Cosmogr. Lib. III cap. 327. add. Jo. Naucler. Vol. II. Chronogr. Generat. 38. p. 818.

(h) Emptus pro 6000. libris obolorum vid. Cruf. Lib. V. Part II. c. 1. p. 142. notum ceteroquin Origine Gueibellingiæ seu Gibellinæ factionis, Guelphis oppositæ, nomen. V. Otto Frising. d. Gest. Frider. I. Lib II. c. 1. Abb. Ursperg. in Frider. I. p. 216. Aventin. Annal. Bojor. Lib VI. pag. 482. Naucler de Generat. 38. pag. 827. David Wolleb. d. Chron. princ. & p 98. 108. & 442. add. Cruf. Part. II. Lib. VI. cap. 6. sub princ. Lib. X. c. 1. p. 376.

(i) Venditus hic Comitatus Anno 1200. Cruf. Lib. Paralip. c. 5. p. 15.

(k) Quem à Gozzone & Guilielmo Tubingensium Comitum postremis comparavit Udalricus Anno 1324. Fr Irenic. Germ. Exeges. Lib. XII. pag. 227. voc. Tubingen. Cruf. Lib. IV. Part. III. c. 13. sub. princ.

Dynastiis, quin & Teccensi, Urslingensi aliisque Ducatibus, veterum Dominorum familiis extinctis adauctus, ita effloruit, ut nulli Principi Comites illius, potentia, (l) opibus, atq; Splendore concederent. Et tantus quidem Eberhardo Miti, cultus, atque regiæ haud multum dispar magnificentia, ut (m) sex Principes, octo Comites, quinque Barones, & ultra septuaginta Nobiles à consiliis ministeriisq; habuisse, memoretur. Quam ad formam etiam Fridericus, ex Zollerensium Comitum prosapia, Augustanorum, atque Otto, Constantiæ Antistites, Reinhardus Dux Urslingensis, Hesso Marchio Badensis, Albertus Rechbergius Elvangensium Præsul,

(l) Eos suæ tempestatis potentissimos Comites, nec Marchionibus & magnis Ducibus, inferiores appellat, Aen. Sylvius de German. c. 37.

(m) Cruf. Lib. III, Part. III, c. 5, p. 319.

ſul, atque ex ComitumBaronumque ordine, Fridericus Kirchbergius, Crato Hohenlojus, Fridericus Helfenſteinius, Eberhardus Eberſteinius, Fridericus Hohenbergius, Eberhardus Nellenbergius, Fridericus Oettingenſis, ac Rudolphus Sulzius, Comites; Joannes denique, atque Georgius Zimmerenſis, Waltherus Gerolzeckius, Henricus, Stephanus, & Schviggerus Gundelfingæ Barones, inter Eberhardi Barbati, Comitis adhuc, (n) conſiliarios recenſentur. Atque hic, cujus modo meminimus Eberhardus, à Ma-

(n) Hortled. d. cap. 1. n. 23. Hos tamen pleroſque Eberhardo Miti adſignat Cruſ. d. Lib. VI. c. 11. p. 344. add. de Conſiliariis Henricæ, viduæ Comitis Eberhardi, Junioris, inter quos præter aliquot Comites ac Barones etiam Ulricus Dux Teccenſis apud Eund. d. Lib. cap. 13. p. 350. Comitis Ludovici Anno 1447. Lib. VII. c. 6. p. 386.

(o) á Maximiliano I. Imperatore omnes, quas ditione ſua tum tenebat terras, Ducatus Wirtembergici titulo Wormatienſibus Comitiis (Anno CIↃCCCCXCV.) accepit, adjectâ lege (p), ut unius tantum imperio, & quidem iſtius, regerentur, cui inter defuncti filios prior naſcendi ordo contigiſſet, in cæteris quoque eodem primogenituræ jure robur ſuum habituro. Paſſi poſt aliquam capitis diminutionem Duces

(o) Naucler. d. Vol. II. Gener. 50. p. 1114. Fr. Irenic. Lib. III. cap. 97. Cruſ. Part. III. Lib IX. c. 6. Chytr. Saxon. Lib. VII. c 188. Stumpf. d. Lib. I. c. 38. ſub princ. Jo Ped. Tething. d. Lib I. p. 910 & Hortled. d Lib. III. c. 1 n. 3-21. qui etiam ſolennia Creationis, ipſumque Ducalis honoris diploma exhibet. Ex quo hoc refert Limn. d. c. 16. n 2.

(p) d. Diploma, verſ. Und daß auch ſolchs unſer ꝛc. & ſeqq. apud Hortled. d. cap. 1. n. 7. ſeqq. add. Naucler, d. Generat. p. III. 1116.

ces in Ulrico, qui (*q*) ob vim Reutlingæ, Imperii Urbi illatam à Suevici fœderis sociis impetitus, provinciam amisit, quæ Carolo V. Imperatori, postea cum familiam herciscerentur, fratri Ferdinando obvenit. Restituit tamen armis exulem (*r*) Philippus Hassiæ Landgravius, cum irritas preces advertisset, quas

(*q*) Cruf. Part. III. Lib. X. cap. 8. 9. 11. Lib. XI. c. 5. & 9. Aventin. Annal. Bojor. Lib. III. sub princ. Hortled. d. cap. 1. n. 76. Jo. Ped. Tething d. Lib. I. sub fin. & Lib. II. & III. Orat. Nicol. Af. Barb. de expulso & restituto Duce Wirtemb. apud Schard. d. Tom. II. p. 204. Sleidan. Comm. Lib. IX. sub fin. Anni 1533. add Lib. IV. Thuan. Lib. I. pag. 18. Edit. Francof. Masen. Lib. V. n. 19. seqq. Chytr. d. Lib. VII pag. 189. Bert. d c. 28. Limn. d. c. n. 3.

(*r*) Cruf. d. Part. III. Lib. XI. c. 9. Hortled. d. num. 76. Sleidan. Lib. IX. pag. 242. Edit. Argent. add. Eob. Hess. Gratulat. ad Philipp. Hass. apud Schard. d. Tom. II. pag. 1277. Mich. Augusti Orat. Gratul. ad Patriam, de reditu Principis Ulrici. d. Tom. p. 1301. Chytr. Lib. XIII. sub fin.

quas pro salute ejus multi Principes tulerant. Secuta post Transactio (*s*) Cadanica, quanquam ægerrimè ferente Ulrico, ita litem diremit, ut clientelæ (*feudi*) nexu Wirtembergii Duces Austriacis obnoxii essent, terras istas pleno jure habituris, quando isti deficerent. Soluti tamen (*t*) tam molesta conditione Duces pacti beneficio (Anno CIↃIↃXCIX.) cum Rudolpho II. Imperatore initi, quo conventum, ut solius Cæsaris atque Imperii fide tenerentur Wirtembergii, salvo tamen Austriacis successionis jure, titulo interim gavisuris. Occupatus rursum (Anno CIↃIↃCXXXIV) occasione bellicorum tumultuum, quibus in Suecorum partes Dux Eberhardus transierat, post prælium Nordlingense, à Cæsareis victoribus

(*s*) Eam exhibet Hortled. d. Lib. III. cap. 13.

(*t*) Spener, Syllog. Geneal. p. 186.

bus Ducatus , cujus aliqua pars Duci ad gratiam obſequiumque Imperatoris reverſo (A o CIↃIↃCXXXVIII) reddita, reſtitutionem plenam Pace (*u*) demum Weſtphalicâ adepto.

(*u*) Inſtrum. Pac. Oſnabr. Art. IV. §. Domus Wirtembergica verſ. Recipiat etiam.

II. Diviſio

II. Divisio.

Eberhard. jun. m. 1419.

Aürach.
Ludovicus - Eberhardus Barbatus, in quo linea
m. 1450. defecit Anno 1496.

Stutgartt.
Ulricus defecit in nepote Ludovico Pio. Anno 1593.

Stutgartt
Ulricus Adamatus m. 1480. - Henricus m. 1519.

Mümpelgartt,
Georgius - Fridericus
m. 1558. m. 1608.

Stutgart.
Eberhardus m. 1624. - Wilh. Ludov. n. 1641. m. 1677. - Eberhardus Ludov. n. 1676.

Stutgartt.
Joannes Fridericus mort. 1628.

Neustadt.
Fridericus. n. 1615.

Mumpelgartt:
Ludovicus Frider. mort. 1631. — Georgius nat. 1626.

Oeiß:
Sylvius Nimrod m. 1664. - Sylvius Frider. n. 1651.

Brent/ abgetheilt.
Julius Fridericus mort. 1635.

Weilding:
Manfredus mort. 1662.

Pri-

III. *Titulus* Ducis Wirtẽbergæ & Tecciæ

Primus titulum hunc Eberhardus Barbatus obtinuit, ut supra retulimus.

Teccensem terram (x) Tectosagibus quondam habitatam, primum Albertus I. Conradi I. Zæringiæ Ducis filius à Friderico Barbarossa Sveviæ tum Duce, (y) Comitis titulo impetravit, ex cujus Successoribus (z) Albertus II. Friderico, quem modo diximus, coævus, Ducis nomen permittente isto adsumsit. Tantem eam Wirtembergiis (a) occasione matrimonii access-

(x) Stumpf. d. Chronic. Lib. III. c. 10. pag. 90. Cruf. Lib II. Part. I. cap. 4. in fine. Lib. Paralip. c. 4. & Lib. I. Part. III. cap. 11. pag. 35. 36.

(y) Cruf. Lib. X. Part. II. c. 12. p. 416.

(z) Cruf. d. l. & Lib. XI. d. Part. II. c. 8. p. 462. Lib. I. Part. III. c. 11. p. 36.

(a) Hujus accesfionis, at generaliter tantum, meminere, Stumpf. d. l. & Cruf. d. pag. 36.

accessisse, inter (b) Eberhardum I. & Agnetem Bertholdi Zaringiæ Ducis filiam initi quidam (c) volunt. Meliori fide niti se putant, qui eam a Beatrice (alii Juditham vocant) Friderici postremi Teccensium Ducis (ex eadem cum Zæringiis gente orti ex ultima Ducissa Urslingensi filia, (d) Eberhardo Miti, Wirtembergiæ Comiti nupta) omui isti illatam referunt. Et quamvis terra hæc cum Wirtembergica unum in Ducatum coalueris, constituente ita Maximiliano literis, quibus Princi-

(b) Hujus quidem matrimonii meminit Crus. Lib I. Part. III. c 11. p. 35. at post id multi adhuc Tecciæ Duces.

(c) V. Bert d c 20. Spener p. 179.

(d) Limn. d cap. 16. n. 9. Spener. p. 178. 179. Gastel. d C. XIX n. 91. Contra facit Crus. d. Part. III. Lib. VI. c. 11. p. 344. Pro. eod. Lib. c. 4. p. 317. qui eò ipse inclinare videtur Lib VI. c. 12. p. 346. qui etiam non Fridericum, sed Ulricum ultimum Teccensium Ducem ibi facit.

cipum dignitatem Wirtembergiæ Comitibus contulit, iisdem tamen cautum permissumque, daß sich (verba ipsa (e) Diplomatis) obgemelte Hertzogen von Wirtemberg von solchem Hertzogthumb Teck/ Tituls/Wapens und Namens gebrauchen sollen und mögen.

Comitis Mompelgarti

Comitatu hic (f) antiquissimis temporibus, cum Pfirtensi, ut videtur, conjunctus proprios Comites circa Ann. ɪↄccccɪv. accepisse putatur. Sunt tamen, qui Fridericum Sveviæ Ducem patrem Friderici I. Imperatoris (g) Comitatus istius auctorem faciant ex cujus posteris Theodoricus II. circa Annum cɪↄccɪxx. vita functus nulla superstite sobole sororis suis Comiti, atque

(e) Sub fin.
(f) Cruſ. Part. II. Lib. IX. c. 7. p. 356.
(g) Idem d. Part. Lib. VI. c. 9. p. 200.

que Domino, utrique de (*h*) Novo Castro, diversis locis, unius tamen nominis) litigandi materiem reliquit, quorum hic genero (*i*) Reginaldo, Burgundiæ Comiti, ob defensas adversus Comitem Novo Castrensem graviter partes, Comitatu tandem cessit; Hujus filia (*k*) Agnes Henrico de Monte Falcone nupta, cum Mariti familiæ intulit, qui Anno CIƆCCCXCV. occiso ad Nicopolin Henrico, hujus nepote, (*l*) tandem ad Wirtembergios devenit nuptiarum titulo, quas cum Henrica ejus filia Eberhardus junior contraxerat.

Dy-

(*h*) Idem Part. III. Lib. II. c. 15. p. 106. add. Lib. VI. c. 5. p. 328.
(*i*) Idem d. p. 320.
(*k*) Idem ibidem.
(*l*) Idem d. Lib VI. c. 4. p. 317. cap. 5. p. 319. 320. c. 11. sub fin. cap. 12. p. 346. & Lib. VII. cap 9 sub fin. Munster. Lib. III. c. 116. Chytr. Saxon. Lib. VII. p. 188.

Domini in Heydēheim.

Dynaſtia hæc ad (*m*) Helenſteinios & Heidenheimios Barones quondam pertinuit. Horum familiam in Degenhardo Præſule Auguſtanorum Anno poſt milleſimum trecenteſimum ſeptimo deficiente ad (*n*) Helfenſteinios pignoris jure, inde ad Bavaros, quo titulo mihi hactenus incompertum, migravit. Eam poſtea (*o*) emit, (Anno CIↃCCCL) Ulricus Adamatus Wirtembergius; At iſte ab Imperatore proſcriptus, atque hujus in gratiam hoſtilia ab Ulrico paſſus, (*p*) armis eam rurſum occupavit. Recepit

(*m*) Cruſ. Lib II. Part. 3. cap. 15. p. 104. & Lib. III. ejusd. Part c. 15. ſub fin.

(*n*) Apparet id ex Cruſ. d. Part. III. Lib. V. c. 5. ſub princ & Chronic. Elvvang. ad Annum MCCCCXLVIII. apud Freher. rer. German Tom I p. 463.

(*o*) Spener. Syllog. Geneal. pag. 180. Quamvis ex allegato loco Chronici Elvangenſis conjicere liceat, ab ipſis Helfenſteiniis Ulricum Dynaſtiam iſtam ſibi comparaſſe.

(*p*) Spener. pag. 180.

cepit (q) quidem nepos ejus, cui Ulrici itidem nomen, ab Alberto Bavaro, ob præstitam adversus Palatinos egregiam operam. Rediit tamen ad Bavaros, post cladem à Vinariensibus atque Svecis ad Nordlingam acceptam, Pacis demum Westphalicæ (r) beneficio ad Wirtembergios reversam.

Familia Sylvii Nimrodis ex Wirtembergia Gente, Ducatu etiam tituloque Oelsensi in Silesia gaudet, quem Lignitii atque Uratislavienses Piasteæ prosapiæ Principes ad Henricum usque Probum possede-runt. (s) Ejus hæreditate Henricum Crassum, eâdem familia ortum, adeoque agnationis Jure potiorem Conradus III. è Glogoviensi domo, depulit, supremis, ut jactitabat, Pro- Ducis Oelsensis in Silesia.

L bi

(q) Cruf. Lib. IX. Part. III. cap. 13. p. 523.
(r) Instr. Pac. Osnabr. art. IV §. Domus Wirtembergica. vers. Recipiat etiam.
(s) Schikfuf. Schlef. Chronic. Lib. II. c. 6. p. 37. seqq. & c 34. p. 113.

bi-mandatis innixus. In Bohemorum (t) Regum clientelam Anno CIƆCCCXXIX concessit, quam tum velut agmine facto cuncti ferè Silesiæ Duces, spreto Polono, subierant. Conradi ex posteris Conradus Albus, (u) Matthiam Bohemiæ Regem sibi minus æquum expertus, avitas terras Saxoni emendas obtulit. Intercessit contractui Matthias, si venales eæ essent, sese emptorem offerens. Et soluto pretio à Saxone pacto, ipse comparavit. (Anno CIƆCCCCLXXV) Conrado tamen, ut regis vice præesset, concessum. Atq; is Anno CIƆCCCCLXXXIX. à regiis pulsus, partes Joannis Saganensis Glogoviensi bello fovisse, criminantibus, mortuo Rege Anno CIƆCCCCXCII. Ducatum recepit. Et postquam is mortalitati concessis-

(t) Idem d. Lib. c. 4. & d. p. 113.

(u) Id. Lib. I. cap. 37. p. 151. & d. c. 34. pag. 115. 116. Curæus Beschr. der Land. ch. Schles. Part. I. p. 196.

ſiſſet, Uladislaus centum & nonaginte novem poſt annos, ex quibus ad Glogovienſes is primùm pervenerat, regno vindicavit, non multo poſt (x) Henrico, Georgii Podiebradii Anteceſſoris filio invicem Bodiebradiæ Dynaſtiæ permiſſum, qui etiam (y) cum fratre Victorino Munſterbergenſem Ducatum jam A. CIↃCCCCLXII. Friderici Imperatoris, donum acceperat, opera iſtius à civium obſidione Viennæ liberati. Hujus progenie (z) in abnepote Carolo Friderico non adeo dudum ſublata terra hæc Sylvio Nimrodi, cujus modo meminimus, Julii Friderici filio obtigit, jure uxoris Mariæ Eliſabethæ, Caroli Friderici filiæ, cui ſucceſſionis beneficium Imperator contulerat.

(x) Schikiuſ Lib. I c. 58. p. 173. Lib. II. c. 30. p. 95. & d c. 34. p. 116.

(y) Cur Part. I p. 178. Schikfuſ. Lib. I. c. 36 p. 130 Lib. II. c. 30 p. 95. Chytr Saxon. Lib. XIV. p. 370. (z) Spener. pag 194.

CAP. VIII.
De Gente Hasſiacâ.

I. *Succesſio.* HAsſiæ (ut paucis huc repetamus, quæ in explicatione Tituli Saxonici ſuprà jam attulimus) juxta cum Thuringia (quæ (*a*) priſcis temporibus in Orientalem, cui proprium nomen manſit atque Occidentalem, Haſſiæ nomine nunc celebrem, diviſa, communi nomine utramque deſignabat) *Regum.* imperitavere Reges, in (*b*) Hermenfrido, *Ducum* Duces in (*c*) Burcardo, poſt

(*a*) Fr. Iren. Germ Exeg Lib. III. c. III.
(*b*) Vid. Abb. Urſperg. Chron. Edit. Argent. Anno. 1609 p 146. ſeq.
(*c*) Lambert. Schafnab. p. 457. Chron. Auſtral. excerpt. per Mareſchall. de Bappenheim apud Freher. Tom. I p. 312. junct. Abb. Urſperg. p. 144. Chron. Reginon. Lib II pag. 457. Chron. Hermann Contract. ad A. DCCCCVIIII p 310. apud Urſtiſ. Tom I.

post Henrico II. Imperatore, Comites, Aureliancnsibus orti, (ex quibus Ludovici Barbati nepos Landgravii (*d*) Titulo à Socero Lothario Saxone Imperatore ornatus) in Henrico Raspone desinentes, quem in Friderici II. odium Proceres Ponti ci Romano addicti, imperatorem renunciarant. Eo (*e*) (Anno cIↃccxLvII.) extincto nata inter Henricum Illustrem, Misniæ Marchionem, Juttæ (ea Henrici Rasponis soror erat) ex Theodorico filium, & Sophiam Lu ovico Henrici fratre prognatam, Henrici Magnanimi Brabantiæ Ducis conjugem, controversia, hinc Patris, *Comitum & Landgraviorum ex Familia Anrelianensi.*

L 3 cu-

(*d*) Fr. Irenic. Germanr. Exeg. Lib. III. cap. III.

(*e*) Rer. memorab. Paraleip. Ursperg. subnex. d. Edit. p. 251. 252. Naucler. Chronogr. Vol. II. Generat. XLII p. 937. Chron. August. Monast S. Udalr. & Afræ. ad Ann. cIↃccxLvI. apud Freher Tom. I. p. 374. & Chron, Elvang. d. Tom. p. 456.

cujus locum subiisset isthinc matris jura, tum oblatam firmatamque sibi à Friderico I. Imperatore successionis spem (expectantz & plerorumque Provinciæ ordinum adsensum allegantes, post aliquot annorum bellum iis Legibus sublata, ut Brabantinis Hassia, Thuringia Misnensibus obveniret, easq; ambas aliquando haberent, qui deficienti alterius stirpi superstites mansissent. (Erb-Verbrüderung.) Adjecta de mutua defensione pacta. Et recepti in succesſionis fœderisq; communionem Brandenburgici. Naumburgi (f) Anno CIↃIↃCXIV. nova conventione firmati. Atque huic, quem memoravimus, Henrico Magnanimo Brabantiæ Duci Landgravii, qui nunc Hassiæ rerum potiuntur, per Filium Henricum Puerum, originem debent, cujus alter filius ex alio

Brabantinaho dierna.

(f) Extat apud. Gastel. de Statu publ. Eur. C. IX. n 110.

alio tamen conjugio susceptus, adeoque frater Henrici Pueri consanguineus cui Henrici Mansveti nomen, Brabantiæ Ducatum, mortuo patre, sortitus est; Familiam ejus, ut supra (g) jam relata hîc paucis recenseamus, clausit Joannes III. quo vitâ sua sine mascula prole superstite defuncto, præteritis Hassiacæ agnatæ domus Principibus Brabantia ad Wenceslaum Lucenburgium Joannis generum, & defuncto isto ad Flandros, Burgundosque, & post istos tandem ad Austriacos abiit. Henrici Pueri posteritas successu temporum has in familias secta est.

(g Cap. I. p. 32.33. add. Iren. d. Lib. III. cap. 87.

II. Divisio Linearum Landgr. Hassiæ.

Henricus Puer obiit 1308.
- Marpurg. Otto, autor jur. primogen. obiit 1329.
  - Ludov. Pacific. ob. 1425.
    - Cassel. Ludovicus Pius obiit 1471.
      - Phil. Magnan. ob. 1567.
        - Cassel. Guilielmus obiit 1592.
        - Marburg Ludovicus obiit 1604. de cujus hæreditate inter Cassellanos atque Darmstattinos disceptatum fuit.
        - Reinfels. Philippus, in quo desiit anno 1582.
        - Darmstatt. Georgius ob. 1596.
    - Marpurg. Henricus def in filio Guilielmo jun. Anno 1500.
- Cassel. Joannes ob. 1311. in quo desiit.

Caſſel.
Guilielmus V. - Guilielmus VI. - Carolus
ob. 1637. ob. 1669. natus.
1654.

- Mauritius Reinfels.
ob. 1632. Erneſtus nat. 1623.

Darmſtatt.
Ludovicus V. -- Ludovicus VII.
Eidelis ob. 1626. n. 1658.

Bingenheim.
Guilielm. Chriſto-
phorus n. 1625.

--- Homburg abgetheilt. Weſelingen.
Fridericus obiit Georg. Chriſtian.
1638. mort. 1677.

Homburg.
Fridericus nat.
1633.

Controversia de successione Marpurgensi.

Locus hic admonere videtur, ut d principiis exorti inter Hassiacos Cassellanæ atque Darmstatinæ familiæ Principes litigii, atque qua contentione id continuatum, quibusque Legibus & quorum opera id sopitum, curatius, at quantum poterit, breviter disseram.

Philippus Hassiæ Landgravius, Schmalkaldici fœderis aliarumque rerum gestarum memoriâ celebris, morti jam propinquus, provincias (quarum ex instituto Ottonis, & more majorum non nisi unicus hæres esse debuerat,) in duodecim uncias partibus, Guilielmo Cassellano semissem, inferiorem nempe Hassiæ, & meliorem Ziegenhainensis Comitatus partem, Ludovico Marpurgio tres uncias, ditionem scilicet ad Lanum cum Niddæ Comitatu adscripserat; Philippus Reinfelsius, atque Georgius Darmstattinus,

nus, uterque in dimidiam quadrantis, iste nempe ad inferiorem, hic ad superiorem Cattimeliboci Comitatum vocatus. Addita extremis tabulis verba, quibus cuicunque hæredum sine mascula prole obituro cœteri æquis partibus sufficiebantur. Et vita functus Philippus Reinfelsius locum substitutioni fecit, nullo hæredum certamine temeratæ. Non eadem concordia Ludovici hæreditatem partientibus constitit, qui Mauritio Cassellani, & Ludovico, Friderico, atque Philippo Georgii Darmstattini filiis, utrisque ex semisse in stirpes dividi nuda hæredibus institutis, pœnam adjecerat, ut parte sua excideret, si quis aut supremo huic judicio obniteretur, aut in religione quid mutare ausurus esset. Commisit pœnam Mauritius, quem Augustana Confessione neglecta, Reformato-

rum ſacra amplexum teſtamenti beneficio, in cujus leges deliquerit, arcendum Darmſtattini contendebant, quas tamen nec ipſos quidem ſatis reveritos Caſſellani regerebant, tres partes hæreditatis, in capita ſcilicet diſtribuendæ, ſibi vindicantes, utcunque ejus robur non omnino ſe inficiari iſti præferrent. Et tractata coram arbitris, more Hasſiacæ Domus, ex utriusque familiæ Miniſtris Ordinibusque pari numero delectis, de vi Teſtamenti quæſtio, quorum tamen ſententiæ Darmſtattini ſtare recuſantes, rem ad Cæſarem detulere, qui hisce æquior, atque acuendæ Georgii induſtriæ in perſuadendo ſocero Saxoniæ Electore curatius adhibendæ, ut is translatam tum à Palatinis in Bavarum Electoralem dignitatem ratam haberet, Comitiis Ratisbonenſibus (*b*) con-

(*b*) Adolph. Brachel. Hiſtor. Lib. II, p. 68, 69, Edit. Colon. Anno 1652.

contra Caſſellanos pronunciavit, non terras tantum, ſed & perceptos ex ea hactenus reditus Darmſtattinis reſtituere juſſos. At hi Ferdinandum potentiâ, non ex vero ſtatuiſſe cauſati, ſententiæ parere detrectabant, & quamvis Mauritius (Anno CIↃIↃCXXVII.) cum Darmſtattinis certas in leges conveniſſet, conſenſu procerum Provinciæ atque Sacramento firmatas, Guilielmus tamen, Mauritii filius, neglectis pactis, tanquam vi atque metu ut cauſſabatur, extortis, quo firmiori munimento adverſus agnatos Cæſaris gratia fultos inſiſteret, Gallorum Svecorumque partes amplexus eſt, quorum opibus nixi Caſſellani, cum durante Germanico bello Darmſtattinos multis modis afflixiſſent, operâ tandem Erneſti, Saxoniæ Ducis, ita cum illis (i) tranſegere Anno

(i) Tranſactionem iſtam exhibet Gaſtel. d. n. 12. & Lundorp. Act. publ.

(Anno CIƆIƆCXLVII.) ut ex Ludovici hæreditate dimidiam semissis (Marpurgia portio vocabatur) atque ex altera dimidia (quarum quævis viginti quinque aureorum millia annuos reditus conficeret) 5000. sibi servarent Cassellani, reliquam ejus dimidiæ cum Giessensi portione Darmstattini haberet, quæ tractata conventaq; cum Osnabrugæ de pace ageretur, secuta Westphalica pactione (*k*) rata habita, finem tam acerbæ diuturnæque liti fecere.

III. *Titulus Landgravii Hassiæ.* Titulum hunc primum à Lothario Cæsare accepisse Ludovicum Comitem, cujus familia in Henrico Raspone finiente, eum unà cum Hassiæ terra Henricus Puer, Henrici, Magnanimi Brabantiæ Ducis filius obtinuerit, supra narravimus.

Principis Hirsfeldiæ. Ditio hæc Abbatiæ nomine Principatus sacri dignatione pridem illustris,

(*k*) Instrum. Pac. Osnabr. Art. XV. §. Quod controversias.

ſtris, ea tamen virium imbecillitate ab aliquot jam ſeculis laboravit, ut incolumitatem ſuam ſuorumque niſi aliena ope tutari nequiverit, etiam depellendis Nobilium vicinorum injuriis impar, quas à Buchenaviis, Goerziis, aliisque varias multasque multas plerumque toleravit. Inde diffiſi ſibi Abbates, pro temporum iſtorum genio, varios adiere, quorum potentiâ protegerentur. Sic Friderico Misniæ Marchioni à Ludovico IV. Imperatore (Anno CIↃCCCXXVII.) poſtea (Anno CIↃCCCXCVIII.) Gunthero Trevirorum ArchiEpiſcopo, atque Falckenſteiniis Comitibus tuendæ ejus cura mandata. Tandem Albertus Abbas perpetuo patrocinio Eccleſiæ ſuæ conſulturus, à Ludovico Hasſiæ Landgravio, iis Legibus illud obtinuit (Anno CIↃCCCCXXXII.) Ne unquam à Landgraviis Abbatia avel-

avelleretur, quorum fidei spontanea clientela sese commiserit; ut arcibus atque urbibus, præsidiis Hassiacis, quando Landgraviis lubeat, firmandis, virisque contra quoscunqui hos juvare obstricta esset; translata in eosdem facultate redimendi bona, aliis ab Abbatibus obligata, & injuncta his necessitate, ut Landgraviis primùm offerent, si quas imposterum arces urbesve pignori tradi oporteret. Imò eamque formulam à Landgraviis Ludovico, Henrico & Guilielmo, atque Hirsfeldiæ Præsulibus repetitis pactionibus (Anno CIↃCCCCLVIII. & CIↃCCCCXC) consensum. At Philippus, metu amittendorum jurium, magnifico protectionis vocabulo ex Abbatia ista à Majoribus paratorum, quem Volperti Antistitis tentata in AbbatiamFuldensem cessio (*incorporatio*) intenderat, ad novas conditio-

nes

nes, Cratonem Abbatem (Anno CIƆIƆXVII.) adegit; Ne ſcilicet Hirsfeldia unquam alienæ Eccleſiæ acceſſio fieret (*incorporaretur*,) neve ad Prælulatum ejus alia quam *Electionis* aut *Poſtulationis* via, neque iis pateret, qui ſacri Principatus dignitate jam ornati, aut Haſſiæ Landgraviis exoſi eſſent. Verùm, ut plerumque in dominationem deſinunt pacta, ab imbecillioribus cum potentioribus contracta, ita Abbates tot juribus imminuti, quot in Cattos inconſulta timiditate transtulerant, libertatis periculum ab iſtis ſubiere, quos avertendis multo minoribus malis ipſi acciverant. Philippus quippe auxilium rogatus ab Abbate ſubditorum ſeditione agitato, quos fatalis iſta Agreſtium rabies in Societatem ſceleris traxerat, ſibi magis quàm afflicto ſubjectorum flagitio Præſuli proviſurus, co-

actis

actis copiis, & fugatis profligatisque rusticis, Hirsfeldiam tanquam belli jure ingressus, cunctaque ex libitu disponens, non Urbem tantùm immunitatibus, sed & Abbates atque Capitulares, quibus propugnandis advenerat, libertate adeo exuit, ut mutato per totam Hirsfeldiæ ditionem publicæ Religionis cultu, ne privatis quidem ædibus sacra Romano ritu celebrandi facultas istis superesset. Ita juxta cum subditis suis in ordinem redacti Hirsfeldiæ Principes propius servitio quam imperio abfuere, donec Hassi melius rati, si Abbatum jure nomineque ipsi regnarent, non multo labore, quod voluere, indepti sunt. Ottone Mauritii filio, primum Joachimo Abbati, & isti fratre Guilielmo, qui morituris succederent, subrogatis, nullâ fere eligendi parte, vix imagine Collegio (*Capitulo*) reliquâ, cu-

cujus totam vim in se Catti jamdiu pertraxerant. At Rudolphus & post hunc Matthias Imperatores proposito (Anno CIↃIↃCXVII.) edicto, quanquam nullum nomine compellarent, Abbatiâ abscedere jusserunt, qui contra instituta moremque Majorum indebitos honores usurpassent. Neque tamen cessere Catti, post varias, quæ secutis bellis evenere, vicissitudines id tandem Westphalica (l) Pace adepti, ut satisfactionis loco, ob accepta à Pontificio milite damna flagitatæ terram istam secularis Principatus nomine sibi retinerent.

Comitatum hunc (m) Uxoris

Comitis Cattimelibocí.

(l) Art. XV. §. Secundo.

(m) Munster. Lib. III. c. 419. sub princ. p. 847. Georg. Fabric. Orig. Saxon Lib. VI. pag 574. & Lib. VII. p. 750. Guil Dillich. Hess. Chron. Part. I. p. 25. P. Bert. rer. Germ. Lib. II. c. 22. Limn Tom. II. Lib. V. c. 8. Spener. in Famil. Hass. pag. 662. seq. Edit. secund.

ris Annæ nomine, d functo profratre Philippo juniore ultimo Catti-meliboci Comite, Henricus III, Landgravius Hassiæ obtinuit, cujus filius Guilielmus junior, absque filiis Anno CIↃIↃ. mortuus, liti inter Successorem Guilielmum Medium agnatum, sororesque Mechtildem & Elisabetham, istam Joannis Clevensis, hanc Joannis Nassovio Dillenburgii matrimonio collocatas, causam occasionemque dedit, cum istæ Comitatum istum, maternæ hæreditatis jure sibi vindicarent, Guilielmo, eo maximè argumenti ex adverso nixo, quod Guilielmus junior (Anno CIↃCCCCLXXXVII.) sororibus non nisi dotem 100000. aureorum pactus, integram terrarum successionem, Patrueli seposuerit. Et protracta multos in annos cum Nassoviis controversia, Clivensium quoque juribus postea emtionis titu-

zulo, (n) auctis, tandem (o) Anno CIↃIↃXLVIII. pro his sententia dicta, cui (p) tamen Passaviensi Transactione robur ademptum, & ut in illius justitiam alio judicio inquireretur, permissum. Inde (Anno CIↃIↃLVII.) ab iis, quibus cognoscendi vices delegatæ, pronunciatum, (q) ut tituli honore non Nassovii minus, atque Catti gauderent, atque hi retento Comitatu, Nassoviis,

(n) Pro 50000. flor. Chytr, Saxon. Lib. III. p. 84. add Spener p. 663.

(o) Thuan. Histor. Lib. V. p 135. Edit. Paris. & p. 99. Edit. Francof. Sleidan Comment. Lib. XXI. p. 642. Edit. Argent.

(p) Thuan Lib. X pag. 291. Edit. Paris. p. 214. Francof. Sleidan. Lib. XXIV. p. 784. Jac Malen. Histor Lib. VII. n. 84. Spener. paq 672. add. Apol. Landgr. Philipps zu Hessen wider Hertz. Henr. zu Braunschweig apud Hortled. de B. G. Tom. I. Lib. IV. c. 7. n. 88.

(q) Thuan. Lib. XIX. p. 381. Edit. Francof. Bert. Lib. II. cap. 24. Dilich. d. Chr. Part. II. p. 330. Spener. p. 672.

viis, una cum quarta Diezensis Comitatus parte 450000. aureorum exsolverent, Cattimeliboci quoque portionem, sive inferiorem sive superiorem, aut loco ejus 300000. aureorū habituris, quando Hassi nulla relicta masculâ prole decederent.

Diezæ. Huic etiam Comitatui sui quondam proprii Comites fuere, quorum ultimo Gerlaco, sive Gebhardo Anno CIƆCCCLXXXVIII. mortuo, ad Cattimelibocenses Comites, ut videtur transiit, quem his quoque extinctis, cum Cattimelibocensi, cujus jam supra mentio facta, Guilielmus (r) junior Hassus avitis terris adjecit. Atque hinc quoque cum Nassoviis lis (s), in qua Carolus V. Imperator Anno CIƆIƆLI. contra Philippum Cattum sententiam tulit; excusante eo, quod sibi

(r) Fabr. dd ll. Dill ch. Part. I p. 48. & Part. II. p. 218.

(s) Thuan. sub princ Lib. VIII.

sibi non integrum esset respondere, adempto, dum à Cæsare captivus detineretur, libero cum suis loquendi consulendique commercio. Tandem quarta ejus parte Nassoviis postea, ut modo, permissâ reliquas sibi Hassi stabiliverunt.

Primus Ziegenhainæ Comes memoratur Fridericus, Ludovici II. Landgravii Thuringiæ & Hassiæ filius, (t) cujus prosapiâ in Joanne Comite sublatâ, (Anno CIↃCCCCLIII.) Ludovicus Mitis Hassiæ Landgravius emtionis, ut perhibetur cum Joanne multis debitis beneficiisque Landgravio obstricto, contractæ titulo occupavit, unde illi cum Hoheuloicis, nescio quo jure hæreditatem sibi vendicantibus controversia, Wormatiæ tandem Anno Ziegenhaini,

(t) Lim. Bert & Fabric. dd. ll. Dillich. Part. I. p. 98. & Part. II. p. 145. 239. & seq. Speuer. p. 65.

no CIƆCCCCXƏV. ita composita, ut Comitatus penes Cattos maneret.

Niddæ. Niddam (*u*) quoque proprii Comites habuere, quorum ultimus Engelhartus Anno CIƆCCCXXIX. vita defunctus, cognato Joanni Zigenhainensi locum fecit. Hujus progenie deficiente Ludovicus, quem modo nominavimus, utrumque sibi asseruit.

Schauenburg Adolphus (*x*) de *Salingslewen*, equestris in Westphalia ordinis Franconica ceteroquin præclaræ nobilitatis familia, ortus, à Sigefrido Brunonis fratris Adolphi, in Pontificatu Mindensium successore ob egregia inistum officia prædia quædam nactus, etiam villam exstruxit, venationibus tantum, ut præferebat, destinatam, atque ut haberet, ubi istis fessus quietem capesseret. At Si-

(*u*) Cyriacus Spangenberg. Holstein. Chronic. Lib. I, c. 4.

Sigefridus, molem ultra ac speraverat surrexisse conspicatus, & periculosum sibi ac successoribus existimans, si stare pateretur, Cæsarem, (Conradus Saliquus is erat) adiit, qui Adolphum cœptis desistere, & exstructa demoliri juberet. Verum Imperator in rem præsentem ipse veniens, inspecto laudatoque ædificio, quod dirui indignum ipsi videbatur, Episcopo, ut feudi loco id Adolpho permitteret, persvasit. Hoc Comitatûs initium, quo adjectis patriis Salingslevii aliisque prædiis, (y) solennibus Comitiis A. MCXXX. Mindæ celebratis Conradus Adolphum ornavit, in virtutis præmium, quam in Cæsaris patriæque emolumentum Hungaricis, Italicis, ac Burgundicis bellis, testatam fecerat. Arci à Cæsaris verbis, (z) pulchri-

M tu-

(y) Cranz. Saxon. Lib. VIII. cap. 26. Spangenberg. d. l. & Chytr. Saxon. Lib. II. pag. 66. (z) Spangenberg. d. c.

tudinem ejus commendantis (Schaudic Burg/) Comitatui ab arce appellatio indita. Post hæc collatâ in Schauenburgios Holsatiâ Wagriâq; successu temporum (seculo nempe decimo tertio) inter (*a*) fratres Henricum I. & Gerhardum II. Gerhardi I. filios Stormariensis lineæ, conventum, ut Gerhardus Stormariam, Henricus Schauenburgiam ditionem morte tum agnati Conradi vacuam acciperet. Atque ex hoc continua (*b*) Schauenburgensium Comitum ad Ernestum usque series, qui Principis dignitate auctus, familiam Comitum dignitatem hactenus non egressam Anno seculi hujus quadragesimo, morte sua conclusit. Præfecturas ad istum Comitatum quondam pertinentes, Schau-

(*a*) Vid. Spangenb. d. Chron. Lib. III. c. 5. Lib. V. c. 1.


(*b*) Eam ad sua usque tempora exhibet Idem d. Lib. V. per tot.

Schauenburg nempe, Bickenburg, Saxenhagen & Statthagen, Episcopatui Mindano ante hac assertas adjudicatasque Westphalicæ pacis constitutione cum Hirsfeldia Catti acceperunt. Unde titulum quoque sibi sumsere.

Isenburgi Comitatus atque Budingæ Dynastia, quæ diversis quondam Dominis paruerant, Ludovici Isenburgii cum Heilwige Budingensi nuptiis coaluere. Et quidem primus Isenburgi Comes Henricus Anno 1230. perhibetur; Budingæ Dietherus, qui, ut Dynastia ista Comitatus honore augeretur, impetravit. Utraque nostro, quod agimus seculo Wolffgango Henrico Isenburgi & Budingæ Comiti tanquam læsæ Cæsaris atque Imperii Majestatis reo adempta, Georgio Hassiæ Landgravio (qui constanti in Imperatorem atque Domum Austriacam *Isenburg & Budingen.*

obſequio affectuqne Fidelis cognomen meruit) Ferdinandus II. (Anno CIƆIƆCXXXV.) largitus eſt. Secuta Anno CIƆIƆXLII. transactio inter Haſſos atque Iſenburgios, quâ inter alios certa Comitatuum iſtorum portio, 20000. florenos annuos ferens, ſeptem feuda, ut appellantur, nobilia & cum titulo, quo Haſſi etiam ſuperſtitibus Iſenburgiis, potirentur, ſucceſsionis jura, ſi quando iſtorum progenies deficeret, Cattis manſere, reliqua Comitibus reſtitui debebant. Cautum quoque, ne *generalis* quæ tum ſperabatur, Amneſtiæ beneficio ſe tuerentur Comites, qui tamen aliquot poſt annis, cum de Pace Germaniæ reddenda Osnabrugæ ageretur, pacta illa, nimio Domus ſuæ damno, vi metuque, & quidem ab aliis inita, cauſantes, ætatis quoque miſerationem meritæ jura invocando, reſti-

stitui in integrum petivere, Et indulta iis dicta pactione generalis Amnestiæ gratia, salvis tamen juribus, quæ Hassi sibi competere obtenderent. At præter hos etiam Saxones Cattorum cupiditati refragabantur, datam sibi à Rudolpho II. (Anno cIↃIↃxcvi.) succedendi Comitibus, quocunque modo terræ ipsorum ad Cæsares reverterentur, (auff allen Fall / wordurch Käyserl. Mayestät solche Graffschafften apert werden möchten /) spem, (Expectantz) à Matthiâ, Ferdinando II. atque Leopoldo Imperatoribus confirmatam, memorantes. Quin & Catti potiora Saxonum jura ipsi forsan agnoscentes, illis se non adversaturos, aliquando præ se ferebant, si casus successionis daretur. Mansit tamen hactenus inter hos lis, neq; Saxones Hassiæ Landgravios Isenburgi atque Budingæ Comitum nomine salutant.



CAP. IX.

I. *Origo Badensium.*

De Gente Badensi.

PRincipes hi, eadem (a) qua Habspurgii sive Austriaci stirpe prognati, etiam Zeringiæ aliquando Teccizque imperitavere. Sueviam quoque aliquando spe ac voto, Burgundiam titulo magis quàm usu tenuerunt. Neque Carinthiæ diu, neque Austriæ possessio constitit. Ostendisse potius quàm destinasse tam amplas ditiones fortuna videbatur, nulli usui, quàm ut iterum ereptas præreptasque acrius dolerent, ex tantis opibus non nisi memoriam retenturi.

Suc-

(a.) Spener in famil. Badens. princ.

Sveviam (*b*) Bertoldo I. Zaringio Comiti, superstite adhuc Othone Schweinfurtensi, Svevorum Duce Henricus III. Imperator, ubi is fato fungeretur, promisit; & oblata spes dato, quem tum forte Cæsar manu gestabat, annulo firmata. Irrita tamen, validiori post mortem Augusti in animo Agnetis Henrici viduæ, in Rudolphum Rheinfeldiæ Comitem affectu, quàm datæ à marito fidei curâ.

Quo tamen repulsam mollius tolerarct, Carinthia concessa, Conradi Carinthiorum Ducis sive rebel-

(*b*) Abb. Ursperg. Chron. p. 168. Lambert. Schafnab: p. 465. Contin. Hermann. Contract. ad Annum MLX apud Urstis. Tom. I p. 327. Fragm. Hist. Auct. incert. apud Eund. Tom. II. pag 89. Naucler. Gener. XXXVIII. Vol. II. p. 831. & Gener. XLIII pag 961. Stumpf. Chron. Helvet. Lib. IV. cap 41. & Lib. VII. cap. 28. Crus. Lib. VII. Part. 2. c. 1. p. 212. c. 2. princ. & c. 3. p. 220.

lione, five obitu vacua: Restituisse (c), damnum cum fœnore fortuna videri poterat, cum Rudolphus, desponsata filio Bertholdi, ejusdem nominis, filiâ, Sveviam doti dixisset. Verùm & hîc vota atque expectationem, sors nunquam fere Zeringiis sincera verso in contrarium eventu destituit. Primò Carinthia, neque diu post, Suevia, sublato Rudolpho, Cæsarei decoris æmulo, ab Henrico IV. Imperatore adempta. Carinthia Luitholfo, Cæsaris consanguineo, seu ut alii, Marquardo Luitholfi patri; Svevia Friderico clarissimâ Baronum Hohenstauffensium prosapiâ orto, cum filia Impe-

(c) Otto Frising. de reb. gest. Frid. Lib. I. cap. 7. cujus verba exscripsit Autor Fragm. Histor. p. 84. (add. p. 83.) Stumpf Lib. VII. c. 29. Wurstis. d. c. 12. Munster Lib. III. c. 263. & 269. Crus. Lib. IIX. Part. 2. c. 4. pag. 252. & seqq. David. Wolleb. Hohenstauff. Chr. p. 63. 64. Naucler. Vol. II. Gener. 37. p. 785. & Gener. 43. p. 961.

peratoris data frustra res repetente Bertholdo, permissa Brisgoja Alsatiæque parte utcunque mitigato.

Burgundiam (*d*) Conrado Bertholdi II. filio Imperator Henricus IV. adsignarat. Reinaldo Burgundiæ Comitis odio, qui provinciam ab antecessoribus Regio Jure atque titulo habitam Cæsaris beneficio tenere adspernabatur. Lis armis aliquandiu agitata, sententiâ Friderici Barbarossæ ita decisa, ut Bertoldus Conradi filius minori, quam vocant Burgundia, contentus reliquam Reinaldo, seu Reinoldi potius filiæ, quam Cæsar in matrimonio habebat, concederet.

(*d*) Vid. Otto Frising. de reb. gest. Frid. Lib. II. cap. 29. Otto d. S. Blas. Append. ad Frising. cap. 21. M. Albert. Argent. Cron. apud Urstis. Tom. II pag. 99. Naucler. d. Vol. II. Gener XXXVIII pag. 8.1. Stumpf. Lib. IV. cap. 46. 47. & 48. Lib. VII. cap. 29. & 30. Wurstis. d c 12 qui tamen invicem non undequoque congruunt.

Auftriam (e) Hermanni Badensis cum Gertrudi extinctæ in Friderico Austriacæ stirpis virgine, conjugio Domui adjectam infelix Friderici, Hermanni filii casus eripuit; obsustentatos propinqui Conradini Sveviæ gentis principis partes jussu
Anno Caroli Andegavensis, (f) capitali
CIƆCC- supplicio Neapoli affecti.
LXXXIX.

Zeringia ditio, primo (g) Comitatus, inde (h) Marchionatûs,

tan-

(e) Chron. August. S. Udalr. excerpt. per Mareschall. de Bappenheim ad Annum MCCXXXVIII. apud Freher. Tom. I. p. 373. junct. Chr. Austral. pag. 323. Naucler, Gen. XLIII. p. 971. Iren. Lib. III. c. 105.

(f) Annales Hainr. Steron. Alteh. ad A. MCCLXVIII. apud Freher. Tom. I. p. 385. Paraleip. ad Ursperg. p. 254. Chron. Monach. Paduan. Lib. III. apud Urstis. Tom. I. p. 623. & 624. M. Albert. Argent. Chr. apud Eund. Tom. II. p. 98. David Wolleb. Hohenstauf. Chr pag. 492. Iren. Lib. III. c. 106. in fine. Munster. Lib. III. c. 278.

(g) Stumpf. Lib. VII. c. 28.

(h) Cap. 29.

tandem (*i*) Ducatus honore insignis, post fata Bertoldi V. Zeringiæ familiæ s. *linea* postremi, (*k*) Anno cIↃCCXVIII. in Kyburgi & Freyburgi atque Furstenbergæ Comites divisa, cum priscis Dominis fere & appellationem perdidit, cujus memoriam non insolito terris populique fato vix Annales retinuere.

Eadem Teccia sors, ni terris titulisque suis Wirtembergii adscripsissent, eo jure, de quo supra, cum de Domo ista ageretur, retulimus.

Cæterum istis natalibus ortus Hermannus, ducta in uxorem Juditha (Hohenbergæ, alii Badenæ Comitissam vocant) Badensem ditionem nactus, primus ex Hochbergiis

M 7 Prin-

(*i*) Ibid. add. Cruf. Lib. VII. Part. 2. c. 3. Iren. d. Lib. c. 101.

(*k*) M. Albert. Argent. Chron. pag. 99. Naucler. Gener. XXXIIX. sub fin. Stumpf. Lib. VII. c. 30. sub fin. Aliter Iren. d. c. 101.

Principis Imperii & Marchionis Badensis atque Hochbergensis, dignitatem accepisse dicitur, cujus nepos Hermannus III. Veronæ ab Imperatore Friderico I. præfectus, eave donatus, fabulæ de Veronensi origine locum dedit.

Bertoldus I. Dux Zeringiæ.

II. Divisio

- **Zering.**
  Bertoldus II. – Conradus
  m. 1111. m. 1152.
  - **Zeringen**
    Bertoldus IV, defecit in Bertholdo V. Anno 1218.
  - **Teck.**
    Albertus, defecit in Friderico Anno 1439.
- **Hochberg.**
  Hermann. – Henr. I. March. – Herm. III.
  m. 1074. Badens. & Hochbergensis. m. 1190.
  - **Baden.**
    Herm. – & Christo-
    IV. mort. phor. m
    1243. 1515.
    - **Baden Baden.**
      Bernh. – Eduard For- – Gu[illegible]
      m. 1537. tun. m. m[illegible]
      1600. 16[illegible]
    - **Baden Durlach.**
      Ernest – Frideric. – Frid. Mag[illegible]
      m. 1553. n. 1617. n. 16[illegible]
  - **Hochberg.**
    Henricus, defecit in Philippo Anno 1503.

III. Titulus Marchionis Badens. & Hochberg.

Pertinent huc, quæ de origine Badensium supra attulimus.

Qui diversam ab Hochbergiis (aliis (*l*) ab Hohenbergiis,) Badensium stirpem constituunt, (*m*) ita rei seriem componunt, ut ditionem istam Conrado Zeringio, præreptam Sveviam impatientius, quàm publicæ tranquillitati conducer t, toleranti, à Friderico Barbarossa ademptam, in Hermannum Veronensem ex Romana Ursinorum gente translatam statuant. Vero propius (*n*) accessisse videntur, qui Hermannum fratrem Bertoldi II. Zeringii Hochbergam cum aliis quibusdam terris Marchionis nomine ob-

(*l*) Vid. Munster. Lib. III. c 270. p. 679. Cruf. Lib. X. Part. 2. c. 13. p. 422. Speneri Syllog. Geneal. p. 199

(*m*) Cruf. Lib. IX. Part. 2. c. 18. p. 366. Lib. X. c. 11. p. 411. c 13. p. 422. Munster. d. Lib. c. 270. sibi tamen ipsi, ut etiam Crusius observat, contrarius.

(*n*) Spener pag. 198. add. Iron. cap. 162. Munster, c. 278. in fin.

obtinuisse, tradunt, quam divisa postea in Hochbergenses Badensesque familias Domo, post obitum Philippi Hochbergensium extremi Badenses receperint.

Susenbergæ (o) proprios Comites fuisse, non ambiguum est. Ab iis ad Hochbergensem familiam (p) matrimonii Jure circa A. CIↃCCCC. transiisse, sunt qui memorent. Quos inter illud contractum, pervicax, & molestissimum inquirenti silentium. Eadem de Landgraviatus istius initio, priorum scriptorum incuria fuit. Cæterum istud in mentem ve-

Landtgravii Susenberg.

(o) Vid. Cruſ. Lib. VIII. Part. 3. cap. 15. p. 456. Et Annæ cujusdam Comitissæ de Susenberg meminit Stumpf. Lib. VII. cap. 30. p. 505. Munster. c. 267. p. 676. cap. 269. pag. 678.

(p) Munster. d. c. 270. sub princ.

venerat, Usenbergæ (q) vocabulo terram istam forte designari, cujus partem inferiorem (r) uxoris Annæ, filiæ Burchardi Usenbergii jure primum Henricus V. Hochbergiæ familiæ Princeps, superiorem Hesso, Henrici nepos, à filiabus Hessonis, Dynastarum Usenbergensium ultimo, emtionis titulo nacti sunt. Verum aliam Susenbergiam ab Usenbergia Dynastia esse, inde constare videtur, quod (s) diversa Susenbergia Badensium Principum familia à Hochbergia deprehendatur, & antiquior nominis ejus titulique apud istos usus, quam ad hos Usenbergæ Dominia devenissent. Ita de Landgraviatu

(q) Dominorum de Usenberg mentio extat Annal. Dominicam. Colmar. Part. prior A. MCCXCVIII. Urstis Tom. II. p. 31. & Part. alt. pag. 58. Chron. M. Albert. Argent. p. 160.

(r) Spener. Famil. Bad. p. 612.

(s) Vid. Idem d. pag 613. & seq junct. pag. 641.

viatu, ista mihi quidem nondum liquet. Cæterum unà cum cæteris ad Badenses morte Philippi transiit.

Extinctis (t) Anno CIↃCCCCLIV. Sponheimii Comitibus quintam ejus partem Palatini, reliquas Carolus Badenus sortitus est, proaviæ nomine Mathildis, Joannis Cœci, Sponheimii Comitis filiæ, Rudolphi Marchionis Badensis quondam uxoris. (u) Alii, ipsi Rudolpho superstiti adhuc eam obtigisse volunt. Comitis Sponh.

Iterum hic incertum mihi, unde Comitatus iste Badenis accesserit; illud reperire licuit, (x) Rudolphum seniorem Badensem in matrimonio habuisse Cunigundam, Otto- & Eberstein.

(t) Iren. d. c. 8. Munster. Lib. III. c. 180. p. 607. c. 278. p. 683. Limn. d. l.
(u) Spener. p. 620. Edit. 2.
(x) Idem. p. 618.

tonis senioris, Eberſteinii Comitis filiam, an tamen illa terras iſtas marito attulerit, affirmare non audeo. Iſtud non dubium, ex ditione (y) Eberſteinenſi Ratſtet & Cuppenheim per Hermannum filium Rudolphi Marchionatui acceſſiſſe. Et forte inde tituli incrementum. Quo primum Fridericus Rudolphi ſenioris nepos inſignitus legitur.

Domini in Röteln. Hanc (z) ſive dono ſive teſtamento Leopoldi, ultimi ejus Dynaſtæ Henricus Hochbergius Marchio Anno CIↃCCCXV vel CIↃCCCXX. accepit, obitu Philippi in Badenſes translatam. Nata tamen de ea Badenſibus adverſus Duces Longavil-

la-

(y) Iſen. c. 108. Munſter. c. 275.

(z) Chr. Wurſtiſ. d. Chron. Lib. I. cap. 20. p. 62. ſeq. Munſter, d. c. 275. ſub ſine.

lanos hæc ex causa contentio, (a) quod Joanna Philippi filia A. CIↃIↃXIV. post mortem patris Ludovico Duci Longavillano nupta, hæreditatis jure terram istam mariti domui intulisse videbatur, quam jam Rudolphus Philippi parens filii è primo matrimonio liberis velut præcipui quodam jure addixerit. Redemere litis molestias Badenses, exsolutis 250. sive, ut alii, 225. aureorum millibus. Ita securior atque sola hisce possessio; quanquam Titulo Marchionum Rœtelensium Longavillani ne nunc quidem abstineant.

Badenweileræ Dominium Egon IV. (b) Friburgi Comes vigin- Badenvveiler.

(a) Wurstis d. cap. 20. in fine, sibi ne ipsi quidem satis congruens. Etiam aliquantum aliter Spener. pag. 616. Ut de re adhuc litigiosa loquitur Gast c. XXIII. n. 33.

(b) Stumpf. Lib. VII. c. 30. p. 505. 506. Münster. Lib. III. c. 267. p. 676. c. 269. in fin.

ginti marcarum argenti millibus comparasse dicitur, quas post diuturna acerbaque, & justo bello non imparia dissidia pacando Comiti Friburgenses dependerant. Inde Joanne familiæ postremo Anno CIƆCCCCXXXIIX. vita defuncto, ad Hochbergios devenit, Annæ beneficio, (c) Joannis amitæ, quæ in Philippi Hochbergii manus convenerat. Morte Philippi juxta eum reliquis Badenses obtinuere.

Lahr. Lahr (d) ad Barones Gerolzehios quondam spectavit; Horum prosapia in Jacobo non ita dudum desinente. (e) Fridericus Durlacensis; nomine conjugis, Annæ Ma-

(c) Würstus. d. Lib. I. c. 20. & Lib. II. cap. 20. pag. 130. Stumpf. Lib. VIII. c. 15. pag. 532. Munster. c. 170. p 678. add M. Albert. Argent. Chron. apud Urstis. Tom. I. pag. 99.

(d) Crus. Lib. IV. Part. 3. c. 6. pag. 217.

(e) Spener. pag. 636. 637. Gastel. d. c. num. 34.


Mariæ, Jacobi filiæ ſibi vindicavit, poſtea quoque ex Gerolzekia hæreditate, cum (*f*) Cronbergios Comitibus adhuc, quod ſciam, controverſa, Cæſaris ſententiâ adjudicatam. Quanquam jam ſuperiori ſeculo (*g*) in patrimonio Badenſium eam fuiſſe, obſervare liceat.

Mahlbergenſium Comitum (*h*) inter illuſtres Briſgojæ familias memoria ſupereſt. At quo fato ii deſierint, quave ratione Badenſes locum eorum ſubierint, nobis incognitum. & Mahlberg.

(*f*) Spreng. Lucern. mod. Stat. Imp. c. 6. pag 381. Quo pertinet Inſtr. Pac. Oſnabr. Art. IV §. de Baronatu Honenheiolſek.

(*g*) Vid. Munſter. c. 274. ſub fin.

(*h*) Vid. Cruſ Part. 2. Paraleip. p. 87. & Lib. VIII. Part. 3. c. 15. p. 456.



CAP. X.

CAP. X.

1. *Origo.*

De Gente Anhaltino-Lauenburgia.

GEntis hujus [a] origo ab Ascenaze tracta, ut vetustas plerumque fabulosa est, incerto nimium fundamento atque fide nititur. Illud non dubium, familiam hanc, cum jam dudum Comitatum Ascaniæ, Dynastiam Ballenstedti, aliasq; ad Sylvam Herciniam terras, Comitum & Dynastarum titulo possedissent, postea Marchiam veterem, sive Solaquellensem (b) ab

(a) Spener. Famil. Ascan. princ. Limn. Tom II. Lib V. c. 3.

(b) Vid. supra Cap. IV. p. 136. add. Spener. pag. 758. Edit. 2. Cranz. Saxon. Lib. I. p. 38. Spangenberg. Schauenburg. Chron. Lib. I. c. 8.

ab Henrico II. Imperatore obtinuiſſe, à Pribislao Herulorum Rege rurſum ei ereptam, at Ottoni Diviti, eâdem proſapiâ orto, à Socero Magno Electore Saxoniæ, qui eam Pribislao eripuerat, redditam. Secutis temporibus tota Marchia Brandenburgica (c) Alberto Urſo, Saxonia, (d) Bernhardo ejus filio, utraque cum dignitate Electorali obtigit, quæ tamen (e) ambæ in alias poſtea familias tranſiere. Manſere ditiones, Anhaltini Principatus & Ducatus Saxo-Lauenburgici nominibus celebres, in Anhaltinos Principes, & Duces Saxo-Lauenburgicos, diviſæ, qui quanquam ejusdem gentis, duas in familias etiam titulo invicem diſtinctas, abiere.

II. Di-

(c) Vid. d. pag. 136. 137.

(d) Supra Cap. II. pag 62. & ſeqq. c. 5. p. 187. add. Auctoribus ibi allegatis Chron. Elvang. ad A. MCLXXVII. & MCLXXX. apud Freher. Tom. I. p. 454. 455.

(e) D. Cap. II. p 65. 66. cap. IV. p. 137.

II. Divisio.

Albertus Ursus m. 1169.

Chur Brand
Otto, desiit in Joanne Anno 1322.

Sachs
Albert. m. 1260

Chur Sachsen.
Albertus II. defecit in Alberto VIII. Anno 1422.

Sachsen Lauenburg.
Joannes -- Julius Franciscus
m. 1285. n. 1640.

Chur Sachs
Bernhardus.
m. 1212.

Anhalt
Henric. senior primus Princeps Anhaltin.
m. 1246

Zerbst
Sigfridus m. 1310.

Zerbst.
Albert.-Jo
m. 1302.

Cöthen.
Albertus Claudus def. in nepotibus.

Zerbst.
Sigism.--
m. 1485.

Ascherßleben.
Otto defecit in liberis.

Dessau.
Woldemarus. defecit in filio.

Bernburg.
Bernhardus def. in Bernhardo Anno 1460.

Ernestus m. 1516.

Zerbst.
Joann.-Joachim.
m. 1551. Ernestus
m. 1586.

Hatzgeroda.
Georgius, in quo
defecit 1553.

Dessau.
Joachimus, in
quo desiit. 1561.

Dessau.
Jo Georg.
m. 1618.

Dessau.
Jo. Casim.-Jo. Georg.
m. . n 1627.

Wörbitz.
Geor. Aribert.-Christi-
m. 1643. an. Ari-
Ux. Joanna bert. Graf
Croseccia. zu Bähringen.

Bernburg
Christian.
m 1630.

Bernburg.
Christianus
m. 1656.

Hatzgeroda.
Fridericus - Guilielm.
ob. 1670. n. 1643.

Plötzka jam Cöthen.
Augustus - Emanuel - Emanuel
m. 1654. m. 1670. Lebrecht.
posthumus.
n. 1671.

Zerbst.
Rudolph.-Joannes
m. , m. 1667.

Zerbst.
Car. Guiliel.
n. A. 1652.

Abgetheilt.
Anth. Gunther n. 1653.
Joann Adolphus n. 1654.
Joann. Ludovicus. n 1656.

Cöthen.
Ludovicus m. 1650
defecit in filio Guil.
Ludov. A. 1665.

N Qua

III. *Titulus* Ducis Saxoniæ. Qua ratione Saxonia Ascaniæ Domui obvenerit, supra (*f*) recensuimus. Et quanquam extinctâ in Alberto Electorali familiâ abstinere illâ, Misnicæ jam ditionis effectâ Ericus posterique ipsius, ac Lauenburgio Ducatui adquiescere jussi, titulum tamen, ex memoria prioris fortunæ, & ne ut terrâ, ita Jure cessisse viderentur, (*g*) retinuere. At qualiscunq; hac de re controversia (*gg*) sex ab hinc annis inito inter Saxonem Electorem, atque Franciscum Julium Lauenburgium mutuæ successionis pacto transacta. Cæterum à reliquis Saxoniæ Ducibus Lauenburgi cognomine isti dignoscuntur, quam ditionem unà cum aliis Henrico Leoni, Saxoniæ Bavariæque Duci ademptam, atque Bernhardo Alberti Ursi filio concessam, Joannes, Bernhardi, ex Hen-

(*f*) D. Cap II. p. 62 seqq.
(*g*) Eod. c. p. 68. 69. (*gg*) Spen. p. 787.

Henrico Pingui nepos adeptus est. Ducatui ab urbe Lauenburgo nomen; Hanc destructo Erdenoburgo (*h*) Bernhardus condidit, Alberti Ursi filius, primus (juxta quosdam) ex Ascaniis Saxonum Princeps. A Danis postea (*i*) occupatam, Albertus recepit (*k*) victoriæ ad Bornhovedam fructum, qua superati Dani variis hactenus successibus parta, uno jactu perdiderunt.

Angrivariæ & Antiquissimi Angrivariæ Domini Hengistus (*l*) atque Horsus, fratres, Saxonum Duces, memorantur, qui seculo circiter sexto ab Anglis contra Scotos Pictosque in

(*h*) Arnold. Lubec. Chron. Slavor. Lib. III c. 1. Cranz. Saxon. Lib. VI. c. 44.

(*i*) Idem Lib. VI. c. 12.

(*k*) Cranz. Saxon Lib. VII. c. ult.

(*l*) Iren. d. Lib. III. c. 62. cujus quidem narratio non satis cohæret. junct. Lamb. Silv. Flos. Angl. sub princ.

auxilium acciti, adeo beneficio isto Anglos in sui amorem traxerint, ut ii relicto patrio solo has in terras migrarint. Inde, si Annalibus fides, nominis origo, (*m*) Angliæ sive Anglariæ primùm appellatæ, quod post in Angrivariæ vocabulum abierit; sive qui (*n*) *Engelsben* hactenus dicerentur, leviori mutatione *Angersben* vocari sueverint. Aliquot inde seculis Wittekindus imperio tituloque Angrivariorum inclaruit; cui (*o*) etiam à Carolo terra ista relicta, generoso, & usurpato priscis Romanis clementiæ exemplo, quamvis bello victis regibus regna reddere solitis. Et post hunc longi ævi spatio iidem Angrivariæ, qui Saxoniæ principes.

In

(*m*) Vid. Cranz. Saxon. Lib. II. cap. 22. 24. & 26.

(*n*) Iren. d. c.

(*o*) Fabric. Orig. Saxon. Lib. IV. p. 436. Cranz. d. c. 24.

In Ascaniis diversum evenit; quibus translatâ in Misnenses Saxoniâ, Angrivaria, in Bernhardi posteritate ad nostram usque ætatem permansit, juxta cum

Westphalia. his Westphaliæ terris, quas Henrico Leoni ablatas, Bernhardo Ascanio Cæsar adjecerat. (p) In partem tamen etiam Philippus Ubiorum Antistes venit, qui Henrico sponte infensus, & Cæsaris in hunc ira, atque adversarii infelicitate utendum ratus, occupatam armis ditionem Imperatoris adsensu sibi adservit. Et quidem septem oppida, 25000. subditos, & 220. Nobiles *Landsassios* ex Westphalia Coloniensium Præsulum ditione teneri Electoris Legatus hisce in Comitiis

(p) Arnold. Lubec. Supplem. Helmold. Lib. II. c. 24. Annal. Godefr. Mon. ad A. MCLXXX. apud Freher. Tom. I. pag. 247. Cranz, Saxon. Lib. VI. c. 38. 41. Iren. c. 63. Chytr. Saxon. Lib. III. p. 73.

Imperii (q) memoravit. Ideoque (r) tum Archi-Episcopus, tum Lauenburgius, ut harum terrarum, Ducumque Angrivariæ & Westphaliæ nomine peculiare suffragii alterna vice ferendi jus ipsis permitteretur, consentiente & commendante horum desideria (s) Cæsare petiere, quanquam quod Angrivariam attinet, sedem Principum avitam (das Stammhauß Engern) ubi Wittekindus sepultus traditur, à se possideri, in Ravensbergio quippe (t) Comitatu sitam Brandenburgius (u) obtenderet. Nec adhuc isto nomine sententiæ dicendæ facultas concessa. Pri-

(q) Seff. d. 29. Apiil. (9. Maji) A. 1664. in voto Leod.

(r) Memorial. ad Cæs. dict. 22. April. (2. Maji) d. Ann.

(s) Käys. Commissions-Decret 22. d. April.

(t) Jo. Buno ad Cluver. Georg. Lib. III. c. 15. § 4. p. 232.

(u) d. Seff. Hinter-Pommer. voto.

Primus titulum hunc à Friderico Imperatore accepit (x) Henricus senior Bernhardi filius, Alberti Ursi nepos, quo terram Comitum (y) atque Dynastarum titulo hactenus habitas, celsioris & digno paterna fortuna nomine possideret. Princeps Anhalt.

Inter (z) Ascaniæ Dominos jam vetustissimis temporibus Radbodus memoratur, ab eodem forsan conditæ, postea à Pipino dirutæ, ab Alberto II. Ascanio restauratæ. Comitis titulum primus gessit Beringerus, qui cum Christianis sacris initiaretur, Caroli nomen accepit. Eam (a) post Albertus Episcopus Halberstadiensis fratris Bernhardi Comites Ascaniæ.

(x) Limn. d. cap. 3.
(y) Hinc Bernhardum Henrici patrem Comitem de Anhald, vocat Arnold. Lubec. Lib. II. cap. 24. & Cranz. Vandal. Lib. VI. c. 12. add. Idem Sax. Lib. V c. 25. Spangenb. Schauenb. Chron. Lib. I. c. 8 21.
(z) Spener. d. l.
(a) Spener. pag. 789.

Anhaltini odio Episcopatui asseruit, tenuitque, frustra refragantibus Anhaltinis, pactione Westphalica (*b*) in Brandenburgium-Halberstadiensis Principatus Jure translatam.

Domini Servestæ & Dynastiæ hæ ab urbibus eorundem nominum appellatæ, ad antiquum hujus familiæ patrimonium pertinent.

Bernburgi. Urbem Bernburgum, unde alteri nomen, jam Albertus II. cujus modo mentio facta, condidisse perhibetur.


Jeveræ. Jeveræ, in extrema Orientalis Frisiæ ora Dynastiam (*c*) Maria, Edonis Wimmekenii Jeveræ Domini filia, Gerardi Comitis Oldenburgici ex filia neptis, postquam ultra quadraginta annos ipsa gubernasset, duobus ante quam mortem obi-

(*b*) Instrum. Pac. Art. XI. princ.
(*c*) Chytr. Saxon. Lib. XXIII. p. 621.

obiret, annis, Joanni, Gerardi pronepoti, obtulit. Ita fæminæ beneficio ad Oldenburgios delatam Joannes Serveſtanæ familiæ Princeps, (*d*) poſt fata Antonii, matris Magdalenæ Oldenburgicæ, Jure, ex avunculi hæreditate ſortitus eſt;

Etiam (*e*) Kniphuſiam ipſe poſterive habituri, ſi quando Anthonium, Altenburgium Comitem, ab Anthonio, quem diximus, ex Ungnadia ſuſceptum, Dominii iſtius hæredem, ejusve familiam deficere contingat. Atque harum Dynaſtiarum titulo juxta ac poſſesſione ſoli Serveſtanæ proſapiæ Principes gaudent. & Kniphuſiæ.

(*d*) Spreng. Lucern. mod. Stat. Imp. c. 6. pag. 384. Spener Syllog. Geneal. pag. 172. Edit. 2. Gaſtel de Stat publ. Europ. c. n. 150.
(*e*) Iidem dd. ll.



CAP. XI.

De Gente Holſaticâ.

I. *Origo.* Succesſio Familiarum

CArolo M. Cæſare, Holſatis, Stormaris, atque Ditmarſis Albion (*a*) præfuit. Poſt hunc à Carolo (*b*) Otto ſeu Udo rector impoſitus. Inde (*c*) Saxonum

Witikindea. Billingiana.

Witikindeæ, & poſtea viginti centum per annos Billingianæ familiæ Principes habuere. Horum auſpiciis Comites (*d*) plerunque, ejus-

(*a*) Cranz Saxon. Lib. II. c. 13. Lib IV. c. 23. Lib. V. c. 27. Johann Peterſen Hol-ſtein Chron. Part. I. p. 4.

(*b*) Idem d. l. & Cranz. d. c. 23. & 17.

(*c*) Peterſen. p. 9. 10. Cranz. d. c. 23. & Lib. V. c. 28.

(*d*) Idem, Ibid.

jusdem sæpe cum istis prosapiæ regioni moderati sunt. Ex iis Godefredus (e) à Magno Billingianorum postremo Holsatis Comes datus Vandalorum, dum prædas in Stormaria agitantes incautius persequitur, insidiis circumventus, Adolphum, Adolphi primi Schauenburgii Comitis nepotem, pronepotemve, incertum, successorem habuit, Lotharii sponte præfectum, qui tum post exstinctam Billingiorum stirpem Saxonum Ducem agebat. Varia sorte hujus familiæ principes egere, donec multis casibus jactati, Oldenburgiis, Danici regni viribus suffultis, tandem concederent. Ex

Schauenburgiæ. A. 1137.

(e) Helmold. Lib. I. cap. 35. Cranz de Lib. V. c. 26. & seqq. Vandal Lib. III c. 21. Petersen. pag. 12. Cyr. Spangenberg. Schauenburg. Chron. Lib. I, c. 5. Chytr. Lib, II p. 66.

iis (f). Adolphus III. Adolphi istius nepos, ob servatæ erga Lotharii Imperatoris viduam, ejusque generum Henricum Catulum Ducem Saxoniæ fidei crimen Conradi III. Cæsaris jussu ab Alberto Ascanio exturbatus, versâ mox partium fortunâ, ope istorum, quorum odio pulsus erat, amissa recepit. Eadem Adolpho IV. rerum vicissitudo, cui bis ereptam, ab Henrico Leone terram primum (g), Friderico Imperator, iterùm (h) Bernhardus Saxo, atque Otto Brandenburgius, fratres Ascani-

nii,

(f) Helmold d. Lib. I. c. 54. 56. Cranz. Saxon. Lib. VI. c. 9. & 10. Vandal. Lib. III. cap. 40. Lib. VI. cap. 32. Peterſen. pag. 13. Spangenb. d. Lib. c. 8. & 9.

(g) Arnold. Lubec. Lib. II. c. 30. & 35. Cranz. Saxon. Lib. VI. c. 43. qui eum Adolphum III. vocat, ut & Peterſen. Part II. p. 45. 46. Spangenb. Lib. I. c. 20.

(h) Arnold. Lib. IV. c. 1. 2. & 7. Cranz. Saxon. Lib. VII. c. 2. & 4. Peterſ. p. 48. 49. Spangenb. c. 22.

nii restituerunt. Atrocius adversus Canutum Daniæ Regem, hujusque postea successorem Woldemarum certamen fuit; multis Adolphi in istos injuriis contractum. (i) Et luit lacessitæ temerè pacis, spretique amici Regis culpam Adolphus, primò certa pecuniæ summâ, &, cum offensas iteraret; ditione A.1203. mulctatus, ea captivo à victore recipiendæ libertatis lege imposita, ut simul cum possessione etiam repetendi animum solemni sacramento, datisque obsidibus, abdicaret. Provinciæ (k) Albertus Orlamundanus Comes, eadem qua Adolphus matre genitus, Regis nomine præesse jussus, lætantibus Holsatis, ut ferme ad nova imperia. Et Adolphi tributorum nimii nomen invisum apud populares; Woldema-

(i) Cranz. d. Lib. VII. cap. 5. 18. 21. Spangenb. d. Lib. c. 24. Peters. p. 50. 53.

(k) Idem Ibid. Spangenb. c. 25.

rum molliora pollicentem favor habebat, Ne diuturnus is esset, (l) Præfectorum austeritas effecit, qui gravia imperare haud contenti, etiam contumelias adjecere, quas plerumque, nobiles præsertim, ægrius tolerant. Atque hi, talium cæteroquin insolentes, super innatam genti ferociam, externæque dominationis tædium, Danorum superbiâ acrius stimulati, ad domestica imperia respiciebant. Et erant, qui tantam fortunæ in Adolpho commutationem miserarentur, more humani ingenii ut quos injuriæ invisos faciunt, gratiosos miseriæ reddant, atque afflictæ, principum maximè virorum res facile multorum opes misericordiamque alliciant. Et quo destinata viam invenirent, no-

(l) Cranz. Saxon. d. Lib. VII. c. 22. 27. 39. & 41. Peterss. pag. 53-57. Spangenb. c. 28. & 29.

nobilis quædam matrona, (von Deeſt) providit. Quæ animadverſo ſuorum in Danos odio, neque adeo difficile rata, imperium evertere, quod ſubjecti adſpernarentur, Adolphum Schauenburgi tum agentem adit, expoſitoque rerum ſtatu, atque popularium in Comitum domum affectu, ne is venienti ſponte fortunæ deeſſet posterosve avitis ſedibus in perpetuum extorres ſineret, hortatur. Et perpulit tandem Comitem, quanquam obſidum pericula, & ſi res ſecius caderet, ſupremum domûs ſuæ exitium reputantem, & præſertim memoria ſacramenti tardius adſentientem facunda mulier, ut filium natu minimum Adolphum in Holſatiam ducendum permitteret, popularibus oſtentandum, quando proviſis, quæ tempus moneret, certior proſperi exitus fiducia foret. Latuit per aliquod

temporis spatium, Kellingsdorfii apud fœminam adolescens, meliorem sortem, aut si casus contra daret; pejora opperiens; haud ignaris plerisque nobilium, in spem libertatis, atque exequendi consilii opportunitatem intentis. Jamq; maturuisse videbatur; cum Nobilium promptissimi Segebergæ Præfectum aggressi, ut is patriis moribus, non Danorum legibus jura diceret, postulabant non ut assequerentur; sed caussam defectioni. Acerbo responso neque sine ludibrio dimissi, iterum adeunt; illoque eadem ingeminante, isti ense, quem simul stringebant, Jus suum se tuituros professi, jamque vim ostentantes, fugam nequicquam parantem obtruncant. Atque adfluentibus paullatim, qui metu magis quàm benevolentiâ subjecti, repertis auctoribus sustulerant animum, pa-

tris præterea, atque Gerhardi Pontificis Bremensis, & Henricorum Sverini ac Werlæ Comitum, nobilium denique, qui Danicæ servitutis pertæsi in conterminа confugerant, opibus auctior Adolphus, provinciam non multo labore recuperavit; adeo mutatâ in contrarium fortunâ, ut Waldemarus, quem Henricus Sverini Comes egregio facinore jam duobus abhinc annis regia domo abreptum, captivum abstraxerat, supra 45000. marcar. argent. etiam ejuratâ Holsatiâ libertatem redimere cogeretur. Et fidei immemorem, totaque mole regni ultum euntem insigni ad Bornhovedam strage promissorum admonuere.

Tantis casibus superstitem Schauenburgiam Gentem Oldenburgii Comites pervertere, occasione

Oldenburgia s. hodierna.

ne matrimonii, quod cum Hedvvigi Gerhardi Hoſſati filia Theodoricus Fortunatus Oldenburgius Comes inierat. Exceſſit vitâ A. CIƆCCCCLIX. Adolphus, Slesvici atque Holſatiæ Princeps, familiæ (ſive *lineæ*) ſuæ ſupremus, cujus occaſum ipſum maturaſſe, (*m*) non inani forte rumore ferebatur. Tam opulentam hæreditatem inde Adolphi avunculus, Chriſtianus, Theodorici ex Hedvige filius (*n*) à Danis quoque in Regem accitus; Inde Ottho Schauenburgius depoſcebant. Chriſtianus propioris gradus rationem vo-

(*m*) Vid. Spangenb. Lib. IV. c. 15. Peterſ. Part. III. p. 109.

(*n*) Cranz. Vandal. Lib. XII. cap. 22. Chytr. Lib. II. pag. 67. 68. Lib. IV. pag. 112. Peterſ. Part. III. ſub fin. Spangenb. Lib. IV. cap. 13. (ubi Chytræum in quibusdam refellit,) Munſter. Lib. III. c. 448. & Lib. IV. c. 17. junct. c. 18.

volebat haberi; Otto agnationis, & inita à majoribus de mutua successione pacta referebat, invalida adversus potentiorem argumenta. Nobilitas in Ranzovios ac Pogwischios dissidebat. Isti Christiano fautores aderant. Otto Pogwischiis fovebatur. Prævaluere Ranzovii, ipsius, cui favebant, auctoritate viribusque potiores. Et Otto adversario sese imparem cernens, eò tandem se adigi passus est, ut (e) 43000. flor. & Pinnenbergio Comitatu cæterisque ad Albim terris, familiæ isti hactenus possessis contentus, lite, suoq; in Hoslatiam Jure decederet. Ita mansit terrarum possessio Oldenburgicæ stirpis Principibus, & quo majori cum di-

na-

(e) Iidem. Transactionem eam exhibet Gastch de Stat. publ. Eur. cap. 19. n. 3.

gnatione haberent. (p) Ducatus honore Fridericus Imperator affecit. Rediit (q) insperato Anno CIƆIƆCXX. inter Danos & Holsatos atque Schauenburgios controversia, cum Ernestus Schauenburgius Princeps Imperii à Cæsare creatus Comitis Principis Holsatiæ titulo sese ferret; Rege Daniæ, Christiano IV. id ad suam agnatæque Holsatiæ familiæ injuriam atque præjudicium pertinere, conquerente, neque enim aliis quam Hosaticis Principibus Oldenburgia stirpe prognatis nomen hoc tribui posse, quo post cessa in illos ab Ottone Comite Schauenburgio Jura, omnes Schau-

(p) Munster. Lib. IV. cap. 18. Chytr. Lib. IV. pag. 112. Peters. Part. IV. pag. 123. 124. Limn. Tom. II. Lib. V. cap. 9. num. 1. Spener. Syllog. Geneal. pag. 116. Edit. 2. Gastel. d. c. n. 106. A. 1474.

(q) Spener. pag. 143. d. Edit. 2. Altes. Gastel. d. c. n. 109.

Schauenburgii abſtinuerint. Et quamvis Erneſtus regereret, datum ſibi ab Imperatore Principis Titulum ad ſuas ditiones ſpectare, Holſatiæ verò ab ipſis Holſatis ſibi datum, cedere tamen neceſſum habuit, qui plerumque contentionum cum validioribus exitus eſt.

II. Di-

II. Divisio.

Theodoricus Comes Oldenb. m. 1436.

Dennemarck & Holstein.
Christian I. Rex Daniæ - Frideric. I. Rex Daniæ m. 1533.
m. 1482.

Dennemarck
Christian. III.
m. 1559.

Holst. Gottorf
Adolphus
m. 1586.

Delmenhorst.
Mauritius defecit in liberis

Oldenburg.
Gerardus Bellicosus - Antonius m. 1573.
m. 1500

Oldenburg.
Joannes defecit in filio Anthonio Gunthero, 1667.

Delmenhorst.
Antonius defecit in filio Christiano Anno 1647.

Dennemarck.
Fridericus II. -- -- Christianus V.
m. 1588. n. 1646. Patri successit 1670.

Holst. Sonderburg.
Joannes junior.
m. 1622.

Sonderburg. Wiesenburg
Alexander. - Philip. Ludov.
m. 1627. n.

Nordburg.
Fridericus. - Jo. Bogislaus
m. 1658. cum fratribus.

- Christian. Albertus.
n. 1641.

Glücksburg.
Philippus. - Christianus.
m. 1663.

Plöen.
Joach. Ernest. - Joan. Adolph.
m. - cum fratribus

III. *Titulus. Heredis Norvegiæ.* Latisſime aliquando (*r*) Norvegorum natio effloruit, etiam Danos imperio complexa, cùm uni ſtirpi in hæreditatem permiſſa, certo ſub principe degeret. Poſt, melius ratis judicio Regem non natalibus ſumi, atque loco libertatis habentibus, ſi eligere inciperent, conſilium in contrarium vertit. Dum opibus, genere animis pares imperare ſinguli cupiunt, imperium omnes perdiderunt. In mutuum exitium ruentes etiam ſibi perire, quod adverſarii amitterent, fermè non niſi oppreſſi ſenſere. Quamdiu concordes agerent, ſpernebatur Danus, poſtquam diſſenſere, dum ſibi contra æmulos ſubſidium vocant, accitus in partes adverſum omnes invaluit; Multis exterorum dominationem æquius tolerantibus, more civilium odiorum, ut patriam ever-

(*r*) Vid Munſter. Lib. IV. c. 21. cap. 3. 24. 25. add Chytr. Lib. IV. p. 209.

everti, sibiq; alienum jugum accedere sæpe homines malint, quàm alicui populari concedere: tanquam parẽdi vilitas augescat, site notis submiseris, & sublevetur peregrinitate dominorũ. Seculo abhinc tertio Sveci obnoxiam sibi reddidere, Aquino, Danici stemmatis regi à Magno, qui tum Sveciæ moderabatur, erepto Magno postea (s) ob spretam Elisabetham Schauenburgiã filio Haquino, volentibus Regni Ordinibus pactam regia dignitate à suis moto, Olaus Aquini filius, Woldemari Dani ex filia Margaretha nepos, Daniam atque Norvegiam hæreditatis, Sveciam belli jure adeptus, Septentrionis regna ipse in unum coëgit. Et divortentibus postea Svecis, Norvegiam Danica iterum conditione solam, una cum Daniæ regno ele-

(s) Cranz. Saxon. Lib. IX. c. 32 Vandal. Lib. VIII cap. 38. Spangenb. Lib. III cap. 17, & 30.

ctione Danorum obtinuit (t) Christianus I. Theodorici Fortunati Oldenburgii Comitis filius, ab avunculo Adolpho Slesvicensi commendatus, cui primùm cum honore proceres Dani obtulerant. Hujus natus Joannes Rex Norvegos, (u) rebellionem ut sæpe antea, suscitantes, misso idoneis cum viribus Christierno filio, pulsis Svecis, quorum instinctu fiduciaque obsequium exuerant, in ordinem redactos, in defectionis libertatisque malè usurpatæ pœnam potissima ejus parte mulctavit, unde Daniæ Reges, & qui ex iis originem trahunt, Holsatiæ Principes, se Norvegiæ heredes dixerunt, tanquam novo belli jure domitæ possessæque.

Hin-

(t) Spangenb. d. Lib. IV. c. 11. Münster. d. Lib. IV. c. 16. Thuan. Lib. I. p. ... Edit. Francof. Chytr. Lib. IV. p. 111. Peters. Lib. III. p. 111. 112. Linn. d. l.

(u) Peters. Lib. IV. p. 130. 139. Spener. Syllog. Geneal. p. 119. 120. Edit. 2.

Henricus Auceps (x) victo Danorum Rege Gormone Marchionatum Slesvici instituit; Ei idem, qui Henrico vitæ finis fuit; (y) occiso à Danis Marchione, ipsis cohercendis constituto; cetera nullis novis caussis, nisi quod defunctus princeps licentiam turbarum, & ex seditione spem melioris fortunæ ostendebat. Ita sublatum Otto restituit, Danis ad religionem, Imperiique reverentiam vi armorum compulsis. A Conrado II. Cæsare Canuto Dano (z) cessum, cujus filiam Henrico filio in uxorem pepigerat, Ducatus titulo à Nicolao A. 1118. Da-

Ducis Slesvici

O 2

(x) Helmold. Lib. I. cap. 8. Cranz. Saxon. Lib. III. c. 9. 25. Vandal. Lib. II. c. 27. Peters. Part. I. p. 10. Munster. Lib. IV. c. 7.

(y) Helmold. c. 9. Cranz. d. c. 25. (quem tamen impugnat Conring. de Finib. Imp. German. c. 14. p. 200.) Munster. d. l. Saxon. Gram. Hist. Dan. Lib. X. p. 164. 165. sublestus fidei notatus à Conring. d. c. p. 199. & 200.

(z) Vid. Conring. d. c. p. 206.

Daniæ Rege (a) Canutus Erici Regis filius, inde alii regio Danorum sanguine orti ad Waldemarum usque Erici filium tenuerunt; qui (b) duodecim adhuc annorum post expulso à Danis Christophoro in regnum accitus, Gerhardo avunculo Slesvicum concessit, pensandis officiis sumptibusque, quos defendendo isti a Christophori injuriis, tutoris nomine provinciæ inhiantis, Comes impenderat. Transacta non multo post inter Christophorum, Woldemarum, atque Gerhardum caussa iis conditionibus, ut Christophorus regno restitutus 80000 marc. argenti Comiti exsolveret,

Sles-

(a) Cranz. Vandal Lib. III. c. 29. ubi tamen vetustiorem cum Ducatum innuere videtur. add. Lib. VII. c. 11. Saxon. Lib. VI. c. 2. Helmold Lib. I. c. 49 Conring. d. l. pag. 226.

(b) Peters. Part. 2 pag. 65. seq. Spangenb. Lib. II. c. 18. sibi ipsi contrarius Lib. IV. c. 1. Chytr. Lib. XXIV. p. 661.

Slesvicum etiam recepturo, quando Woldemarus, omisso regno Ducatum resumens, sine hærede excederet. Obvenit ea sors (c) Gerhardi nepoti, Gerhardo VII. Ducis A. [illegible]
Slesvicensis titulo in clientelam ab Olao II. ejusque matre Margarita 138[illegible].
accepto. Pœnituit (d) liberalitatis Margaretam, mulierem dominandi avidam, & quæ virilibus cum his vitia fœminarum exuerat. Astutiâ igitur repetenda putans, quæ imprudentiâ omisisset, atque opportunos insidiis cognatos, impuberes adhuc defuncti Gerhardi filios nacta, Tutelæ, pignoris, aliisque prædandi vocabulis arces oppidoque occupare aggressa est; Dissimulante dolorem

O 3 Ger-

(c) Cranz. Saxon. Lib. X. cap. 9. Spangenb. Lib. III. c. 23. Lib. IV. cap. 1. Peters. Part. 2. in fin. & Part. 3 princ. Chytr. d. l.

(d) Cranz. Saxon Lib. X. c. 23. 26. 27. 30-33. 35-40 & Lib. XI. c. 31. Spangenb. Lib. III. c. 33-39. Lib. IV. c. 3-18 Peters. Part. 4. p. 88-111. Chytr. d. p. 665. & seqq.

Gerhardi vidua, quæ pararentur, haud ignara; sed pars prudentiæ erat, ne intelligere videretur. Apertius Ericus, à Margareta adoptatus, negotium gessit, cui post cruenta triginta annorum dissidia, tentataque inutiliter concordiæ remedia, tandem finis impositus, ut Adol-
A.1435. phus Gerhardi filius Slesvicum reciperet, beneficii, ut hactenus, loco, à Daniæ Regibus habiturus. Atque id Christophori Erici successoris consensu firmatum. Adolphi obitu in Christiano sororis filio, Daniæ regnum (e) Slesvicique Ducatus coaluere, ex cujus posteris Holsatiæ Duces (f) quanquam clientelæ nexu se agnatis Daniæ Regibus obstrictos haud inficiarentur, cum tamen majorem libertatem sibi ar-
LO-

(e) Spangenb. Lib. IV. c. 19.
(f) Chytr. Lib. XXI. p. p. 560. seq. Lib. XXIV. p. 667. add. Lib. XXVIII. sub. fin. Limn. d. c. 5. n. 2.

rogarent, ac istis permittere commodum esset, lites diuturnæ exortæ, pactione tandem Augusti Electoris Saxoniæ, Ulrici Mekelburgii, & Guilielmi Hassi opera, ita compositæ, ut orta forte armorum expediendorum necessitate, patronos invicem clientesque se præstantes, communi consilio, sumptuque publicæ rei providerent, disceptatione de successionis Jure etiam ad fœminas porrigenda in aliud tempus rejecta.

Acerbius certamen, quam nunc degimus ætas tulit. Redintegrato ante aliquot lustra inter Danos Svecosque bello, Danus, adversam, ut semper hactenus, fortunam expertus, ne pacem impune lacessisse videretur, Scaniâ mulctatus, etiam agnato Friderico Holsatiæ Duci satis facere jubebatur, damnorum obtentu, quæ tolerabile querebatur.

Inter alia etiam id flagitatum, ut Ducatum Slesvicensem, beneficii loco hactenus habitum, suo nequi obnoxio Regibus Jure Gottorpiensis familiæ Duces tenerent. Postulata erant, quibus contradici non posset, Sveci armis atque patrocinio nixis, cujus sanguini per conjunctionem filiæ, Hedvigis Eleonoræ, Holsatus adnexus erat. Et Danus, nullam quam in pace reliquam spem sibi cernens, at latis à victore legibus comparandam etiam isto jactu levandam navim ratus, quæ Suecicis armis tantum non oppressa jam naufragium minabatur, cum tran- ſare non liceret, (g) concessit. Mansit jacturæ atque injuriarum, ut accipiebantur, dolor, quarum in lon-

gum

(f) Vid. Pac. Rotschild. art. 12. apud Gastel. c. 17. p. 245. Hafniens. art. 20. apud Eund. pag. 251. Transact. Hafn. Anno 1658 §. 1. Ausführlich erlassene Cap. XIX. n. 10. p. 634. & reg. diplom. p. 635. seq.

gum, apud principes præsertim, memoria est. Accessere, quæ animos jam sua sponte dissentientes, acrius asperarent. Et tempore aucta eo evaluere, ut Christianus, qui jam Daniæ regnum moderatur, Christianum Albertum Holsatiæ Ducem, Rendesburgi, promovendo, quod tum ibi agebatur, concordiæ negotio, agentem, alias inter conditiones huic quoque adegerit, ut is abdicato summo isto in Slesvicensem terram Jure, Danicam clientelam publica fide profiteretur. A.1675.
At libertati restitutus Dux pactis se obligatum negabat, quæ vi atque metu extorta, rata esse publicæ leges prohibeant. Parere constanter detrectantem Rex provincia pepulit, pristina Majorum in ditionem illam jura, Pactorum sanctitatem, & Ducis præsertim molimina, Sveci-cis consiliis, ultra quam aut Germa-

niæ Civem, aut Danicæ Stirpis principem deceret permisso objectam; Duce, (*b*) nihil à se ab officio suo alienum admissum agitatum: Danica in Slesvicum, Holsaticæ ditionis, jura Hafniensi Conventione antiquata, Pactionis denique Rendesburgensis iniquitatem regerente, cum nullum à legibus, solum in prævalidis adversarii viribus præsidium sit. Lis ad Conventum, qui nunc Noviomagi celebratur, & qui conciliandarum Partium belligerantium curam hactenus obiit Britanniæ Regem, ut Hafniensis Pacis sponsorem, & si sperneretur, vindicem, à Duce delata. Eventus adhuc in incerto.

Vide supra p.305-309.

Holsatiæ. Stormariæ. & Hanc Comitatus titulo quondam insignitam Ducis titulo à Friderico Imperatore Christianus I, Daniæ

(*b*) Vid. Rendsburgensia Pacta non Pacta, aliaque scripta hanc in rem publicata.

niæ Rex, ut jam retulimus, accepit. Cujus tamen se Principem jam ante hunc (i) Henricus V. Schauenburgius, Adolphi patruus, publicis litteris tulit.

Ditmarsicæ nationi, quanquam (k) libertatem professa ægerrime dominos ferret, antiquissimis jam temporibus (l) Bremensium Pontifices imperitavere, Caroli M. largitione, qui juxta cum Stadensi Comitatu Ecclesiæ adsignavit. Verùm tuendæ à Danorum Normannorumque incursionibus provinciæ impares experti Imperatores, in Saxonum Duces contulerunt. Henrici Aucupis ætate Henricum, cui a Calvitie atque Pinguedine cognomen, Co- — Dithmarsiæ. — A. 921.

O 6

(i) Cranz. Saxon. Lib. X. c. 23. Spangenberg Lib. III. cap. 33. pag. 155. Peterf. Part. 3. p. 99.

(k) Cranz. Saxon. Lib. V. c. 27.

(l) Cranz. Saxon. Lib. VI. c. 7. Peterf. Part. 1. p. 14.

Comitem accepere. Rediit (m) ad Ecclesiam Comitatus, & quæ portio ejus censebatur, Ditmarsia, Henrico V. regnante, Udoni Saltquellensi Marchioni Clientelæ jure permissa. Inde ad Ecclesiam reversam Hartvicus ex Udonis, ut videtur, prosapia, Ecclesiæ Bremensis, ut appellant, Præpositus, postea Præsul, recepto familiæ nomine Stadensi Comitatu, Ditmarsiam reddidit, tædio gentis, in quam nunquam sine tumultu imperium esset; impetrato a Henrico Leone, Saxonum Duce, qui *Feudi Dominum* sese gerebat, is Reinaldum (n) Comitem imposuit Henrico apud socerū Britannum exule. (o) Ditmarsiam Adolphus V.

Hols-

(m) Idem p. 15. 16. Cranz. d. Lib. V. c. 8. 11. 25 & 45. Vandal. Lib. V. c. 7. 8.

(n) Peters. d. pag. [illegible] & Partz. p. [illegible] add. Cranz. Vandal. d. Lib. V. cap. 9. & d. Chytr. Lib. XX sub princ.

(o) Id. Saxon. Lib. VI. c. 40. Peters. p. 46. Spangenb. Lib. I. c. 21. & 27.

Holsatiæ Comes occupavit, nec quicquam refragante Sigfrido Bremensi Archiepiscopo, qui fratri Bernhardo Ascanio, Saxonum Duci destinarat. Cum Successore Sigefridi Hartvico II ita res transacta, ut restitutâ Ecclesiæ Ditmarsiâ, Comites certum inde annonæ modum perciperent. At Ditmarsi (p) morem gerere detrectantes, ad Woldemarum Slesvici tum Præsulem versi Dani clientelam subierunt, Dominos non imperium mutaturi. At mox novæ dominationis pertæsi ipso ad Bornhovedam prælio, versis, ut convenerat in Regem signis ad Adolphum redierunt. Post ad Bremenses rursum utcunque reversi, etiam cum Holsaticis Comitibus varia pacta iniere. Quæ cum non sanctè satis A. 1189. A. 1227.

O 7 co-

(p) Arnold Lubec. Lib. III. cap 21. Cranz. Vandal. Lib. VI. c. 32. & ult. Saxon. Lib. VI. c. 53. Peters. p. 47. 56. Spangenb. Lib. c. 29.

colerent, Comites ea proferendi imperii occasione usuri, non una vice ipsos aggressi, frustra tamen fuere.

Etiam à Friderico Imperatore obsequium inducere jussi, (q) recusavere, Bremensi Ecclesia se subjectos caussati. Inde bellum non ab uno Rege, varia equidem fortuna, gestum, cui (r) à Friderico II. Dano, & Adolpho Holsato Gottorpiensi, renovato à Carolo V. Imperatore jure, demum finis impositus, iis conditionibus, ut Dithmarsi veniam negati obsequii orantes, traditis instrumentis belli usui destinatis, Præfectis Principum post hac obtemperarent, & in singula agri jugera, florenum annuum quisque persolveret. Quingentesimum de-

(q) Cranz Saxon. Lib. XII. c. 27. Lib. XIII c. 24. seqq. Peters. Part. 4. p. 121. 128. 129. 130. 133. seqq. Chytr. Lib. IV. p. 112.

(r) Idem ibid. & Lib. XX. princ. ipsam capitulationem exhibet Gassel. c. [illegible] n. [illegible]

& quinquagesimum nonum seculi decimi sexti annum Orbis Christianus agebat cum Ditmarsi Hossatorum obsequium dicta ratione inducerent; à quibus si ad Adophi V tempora computes, quingenti ferme anni colliguntur Tamdiu Ditmarsia domabatur. Tam longi ævi ambitu, multæ invicem clades, proniori plerunque in Ditmarsos fortuna Non Saxones, non Dani sæpius admonuere; quippe acrior istorum regno Ditmarsorum libertas. Imperio Holsatorum semel bona fide admisso quietius hactenus egere. Bremensium Antistites successibus adversos Principes habuerunt, qui Ditmarsos, gentem Ecclesiæ per aliquot secula obnoxiam, à Dano Holsatoque, alia multo contestantibus, ingenti publicæ fidei dedecore atque Archiepiscoporum injuria subactam conquesti, ali-

(s) ablata repetebant. Folum Sveci demum, Bremensium Præsidum locum indepti, Rotschildensi (t) atque Hafniensi (u) pactione ne solo Danicæ Domus damno [illegible] sancitæ viderentur, in qualecunque jacturæ solamen cessere.

Comitatus Oldenb. Comitatus hujus (x) antiquissima familiæ, de qua hic tractamus, possessio est, ex eaque Oldenburgici Comes jam seculo decimo post natum Christum Regimbertus (y) memoratur, cui Witekindum cognomen plerique tribuunt, ex quo Domus

(s) Memorial. ad Cæsar. apud Gallum Cap VI. n. n 148.

(t) Art. 13.

(u) Art. 18.

(x) Notandum Comitatum hunc Oldenburgicum [illegible] diversum ab Oldenburgo [illegible] in Holsatia, quam Wagriam olim appellarunt. distinguendum esse. De utroque Munster. Lib. III. c. 448.

(y) Chytr. Lib II. p. 10. Spener. Famil. Oldenb. non longe à princ.

niæ, qui adhuc rerum potiuntur, Reges, Holsatiæ Duces, & Oldenburgii Comites orti, omnes Oldenburgi Comitum titulo usi. Eum velut peculiari Jure usurparunt, qui ex Gerhardo Christiani I. fratre prognati intra Comitum dignitatem substitere..

Delmenhorstum arcem (z) Otto II. Urbem (a) Otto III. Oldenburgii Comites condiderunt. Inde in Comitatum excrevit, quem Otto simplex Comes Delmenhorsti Oldenburgicæ familiæ (b) Bremensibus eâ lege dedit, (quanquam id patrui Ottonis pacto cum Conrado patruele inito nefas erat) si solvendo non esset, filiumque Nicolaum ArchiEpiscopum eligerent. Vindicavit eum postea sive ipse Nicolaus, & Delmenhorst. A. 1247

(z) Idem pag. 36.
(a) Idem pag. 37.
(b) Chytr. d. l. Spener. pag. 112. seqq. Edit. 2.

laus, abdicato Episcopatu ad Comitatum redux, sive Theodoricus Fortunatus, & ex paterna hæreditate accepit ejus filius Mauritius, hujus (c) liberis a Monasteriensibus Episcopis ereptum. Quanquam alii (d) Gerardum fratrem Mauritii, ob infestatas latrociniis vias, ab Henrico Bremæ & Monasterii Præsule vicinarum Urbium precibus excitato, terra exutum referant. Recepit Antonius (e) Oldenburgius, Cæsaris jussu suisque armis nixus. Inde Bremæ (f) atque Monasterii (g) Præsulum questus, quâ molestia (h) à Monasteriensibus Cameræ, quam vocant Spirensis sententia, à Bremen-

fi-

(c) Spener. pag. 114.
(d) Chytr. d. p. 59. & 60. Spener. p. [illegible].
(e) Vid. Chytr. Lib. XXI. p. [illegible]. Spener. pag. 170.
(f) Spener. d. l. Protest. Capitul. Brem. A. 1657. apud Gastel c. 6. n. 147.
(g) Idem n. 146.
(h) Spener. d. l.

ſibus (*i*) Rotſchildenſis atque Hafnienſis conventio abſolvit. Cæterum Antonio duo filii, Joannes cui Oldenburgi, Antonius, cui Delmenhorſti Comitatus obtigere. Hujus familiæ in liberis deficienti, Joannes ſucceſſit, filium Antonium Guntherum nactus, qui morte ſua finem Oldenburgicæ domui poſuit. Hæreditas in Daniæ Regem, atque Holſatiæ Gottorfienſis proſapiæ Principem ita diviſa, ut (*k*) Regi Oldenburgum, Delmenhorſtum Duci cederet. Inde cum Joachimo Erneſto Plœnenſi certamen, qui, ſi agnationis propinquitatem ſpectes, propior, *Feudorum* (*l*) Jura & firmatam ſibi à Cæſaribus (*m*) ſucceſſionis ſpem commemorans. iſtorum avi-

(*i*) d. art. 13. & 18.

(*k*) Gaſtel d. c. 6. n. 150.

(*l*) Vid. Inform. Jur. & Fact. apud Eund. c. 19. n. 112.

(*m*) Maximil. II. A. 1570. Ferdinando III. A. 1642. Leopoldo A. 1664.

aviditatem incusabat, qui destinatam ipsi legibus, usuq; majorum hæreditatem in sese vertissent; Illis (n) Pacta cum defuncto Comite inita, ipsius Imperatoris adprobatu legitimum robur adepta, & Comitatûs, olim ut vocant, *allodiales* Anno demum
A. 1649
cIↃIↃxxxI. Carolo V. ab Anthonio Schauenburgio *in feudum oblatos*, referentibus, qualibus etiam agnatos censeri, longo usu receptum sit. Obtulere tamen, (o) quibus litium moras molestiasque redimerent, Sperta à Duce. Et delata re ad Cæsaris aulam, is (p) secundum Ploenensem litem dedit. Eidem postea cum Rege convenit, conditionibus, non nisi forte paciscentibus notis.

(n) Recapitul. aliaque quæ publicè extant Acta, apud Gastel. p. 665. & Dim. alleg. ab Eod. d. p. & 692.

(o) Nempe 200000. contant, Kaldeberg zu Seh-berg ein 100000. Reichsthal. und 50000. an Bauen apud Eund. d. pag. 665. (p) Id d. pag. 692.

FINIS.

Jam finem libori Typographus fecerat, cum forte Libellum inspicienti, meis incertum, non optatum, error p. 184. & seq. occurrit, dum rectè positus nescio quo fato in deterius mutato, illapsus; ita in melius redigendus. Et quidem post verb. *Henrico Superbo obtigit*, pone: *Qui Magni Billingianorum novissimi ex Wulfhildi Nepos, maternoque Jure Luneburgensem Comitatum nactus, Gertrudin Lotharii filiam atque simul in dotem Brunswicensem ditionem accepit.*

Inter alia etiam id flagitatum, ut Ducatum Slesvicensem, beneficii loco hactenus habitum, suo neque obnoxio Regibus Jure Gottorpiensis familiæ Duces tenerent. Infolata erant, quibus contradici non posset, Sveci armis atque patrocinio nixis, cujus sanguini per conjunctionem filiæ, Hedvigis Eleonoræ, Holsatus adnexus erat. Et Danus, nullam quam in pace reliquam spem sibi cernens, at latis à victore legibus comparandam etiam illo jactu levandam navim ratus, quæ Suecicis armis tantum non oppressa jam naufragium minabatur, cum recusare non liceret, (f) concessit. Mansit jacturæ atque injuriarum, ut accipiebantur, dolor, quasi um valen-

gium

(f) Vid. Pac. Roschild. art. 22. apud Gastel. c. 17. p. 245. Hafniens. art. 22. apud Eund. pag. 251. Tractat. Halæ. Anno 1658. §. 1 Ausführlich erlassen. Cap. XIX. n. 111, p. 634. & reg. diplom. p. 655. seq.

gum, apud principes præsertim, memoria est. Accessere, quæ animos jam sua sponte dissentientes, acrius asperarent. Et tempore aucta eo evaluere, ut Christianus, qui jam Daniæ regnum moderatur, Christianum Albertum Holsatiæ Ducem; Rendesburgi, promovendo, quod tum ibi agebatur, concordiæ negotio, agentem, alias inter conditiones huic quoque adegerit, ut is abdicato summo isto in Slesvicensem terram Jure, Danicam clientelam publica fide profiteretur. At libertati restitutus Dux pactis se obligatum negabat, quæ vi atque metu extorta, rata esse publicæ leges prohibeant. Parere constanter detrectantem Rex provincia pepulit, pristina Majorum in ditionem illam jura, Pactorum sanctitatem, & Ducis præsertim molimina, Svecicis consiliis, ultra quam aut Germa- A. 1675

niæ Civem, aut Danicæ stirpis principem deceret permixti objectans, Duce, (*b*) nihil à se ab officio sue alienum admissum agitatumve. Danica in Slesvicum, Holsatiæ ditionis, jura Hafniensi Conventione antiquata, Pactionis denique Rendesburgensis iniquitatem regerente, cui nullum à legibus, solum in prævalidis adversarii viribus præsidium sit. Lis ad Conventum, qui nunc Noviomagi celebratur, & qui conciliandarum Partium belligerantium curam hactenus obiit Britanniæ Regem, ut Hafniensis Pacis sponsorem & si sperneretur, vindicem, à Duce delata; Eventus adhuc in incerto.

Vide supra p.305-309.

Holsatiæ. Stormariæ. & Hanc Comitatus titulo quondam insignitam Ducis titulo à Friderico Imperatore Christianus I. Daniæ

(*b*) Vid. Rendsburgensia Pacta non Pacta, aliaque scripta hanc in rem publica.

niæ Rex, ut jam retulimus, accepit. Cujus tamen se Principem jam ante hunc (i) Henricus V. Schauenburgius, Adolphi patruus, publicis litteris tulit.

Ditmarficæ nationi, quanquam (k) libertatem professa ægerrime dominos ferret, antiquissimis jam temporibus (l) Bremensium Pontifices imperitavere, Caroli M. largitione, qui juxta cum Stadensi Comitatu Ecclesiæ adsignavit. Verùm tuendæ à Danorum Normannorumque incursionibus provinciæ impares experti Imperatores, in Saxonum Duces contulerunt. Henrici Aucupis ætate Henricum, cui à Calvitie atque Pinguedine cognomen, Dithmarsia. A. 921.

O 6 Co-

(i) Cranz. Saxon. Lib. X. c. 23. Spangenberg. Lib. III. cap. 33. pag 155. Peterſ. Part. 3. p. 99.

(k) Cranz. Saxon. Lib. V. c. 27.

(l) Cranz. Saxon. Lib. VI. c. 5. Peterſ. Part. 1. p. 14.

Comitem accepere. Redlin(m) ad Ecclesiam Comitatus, & quæ portio ejus censebatur, Ditmarsia, Henrico V. regnante, Udoni Saltquellensi Marchioni Clientelæ, permissa. Inde ad Ecclesiam revesam Hartvicus ex Udonis, ut videntur, prosapia, Ecclesiæ Bremensis, ut appellant, Præpositus, postea [illegible], recepto familiæ nomine Stadensi Comitatu, Ditmarsiam reddidit, tædio gentis, in quam nunquam [illegible] multu imperium esset; Imperante Henrico Leone, Saxonum Duce, qui *Feudi Dominum* se gerebat, Reinaldum, (n) Comitem imposuit Henrico apud socerũ Britannum [illegible]. (o) Ditmarsiam Adolphus V. Hol-

(m) Idem p. 15. 16. Crantz. d. Lib. VI. c. 6. 11. 25 & 45. Vandal. Lib. V. c. 7. 8.

(n) Presb. d. pag. [illegible] & Part. 2. p. [illegible] add. Cranz. Vandal. d. Lib. V. cap. 4. [illegible] Chytr. Lib. XX sub princ.

(o) Id. Saxon. Lib. VI. c. 49. Presb. p. 46. Spangenb. Lib. I. c. 21. & 24.

Holsatiæ Comes occupavit, nec quicquam refragante Sigfrido Bremensi Archiepiscopo, qui fratri Bernhardo Ascanio, Saxonum Duci destinarat. Cum Successore Sigefridi Hartvico II ita res transacta, ut restitutâ Ecclesiæ Ditmarsiâ, Comites certum inde annonæ modum perciperent. At Ditmarsi (p) morem gerere detrectantes, ad Woldemarum Slesvici tùm Præsulem versi Dani clientelám subierunt, Dominos non imperium mutaturi. At mox novæ dominationis pertæsi, ipso ad Bornhovedam prælio, versis, ut convenerat, in Regem signis ad Adolphum redierunt. A. 1185 Post ad Bremenses rursum utcunque reversi, etiam cum Holsaticis Comitibus varia pacta iniere. A. 1227 Quæ cum non sanctè satis

O 7 co-

(p) Arnold Lubec. Lib. III. cap 21. Crantz. Vandal. Lib. VI. c. 32. & ult. Saxon. Lib. VI. c. 53. Peters. p. 47-56. Spangenb. Lib. c, 29.

colerent, Comites ea proferendi imperii occasione usuri, non una vice ipsos aggressi, frustra tamen fuere.

Etiam a Friderico Imperatore obsequium induere jussi, (q) recusavere, Bremensi Ecclesiæ se subjectos caussati. Inde bellum non ab uno Rege, varia equidem fortuna, gestum, cui (r) à Friderico II. Dano, & Adolpho Holsato Gottorfiensi, renovato à Carolo V. Imperatore jure, demum finis impositus, iis conditionibus, ut Dithmarsi veniam negati obsequii orantes, traditis instrumentis belli usui destinatis, Præfectis Principum post hæc obtemperarent, & in singula agri jugera, florenum annuum quisque persolveret. Quingentesimum &

(q) Cranz. Saxon. Lib. XII. c. 27. Lib. XIII c. 24. seqq. Petersf. Part. 4. p. 124. 126. 129 130. 133. seqq. Chytr. Lib. IV. p. 112.

(r) Idem ibid & Lib XX. princ. ipsam supplantationem exhibet Gassel d. [illegible]

& quinquagesimum nonum seculi decimi sexti annum Orbis Christianus agebat cum Ditmarsi Hossatorum obsequium dicta ratione inducerent; à quibus si ad Adophi V tempora computes, quingenti ferme anni colliguntur Tamdiu Ditmarsia domabatur. Tam longi ævi ambitu, multæ invicem clades, proniori plerunque in Ditmarsos fortuna Non Saxones, non Dani sæpius admonuere; quippe acrior istorum regno Ditmarsorum libertas. Imperio Holsatorum semel bona fide admisso quietius hactenus egere. Bremensium Antistites successibus adversos Principes habuerunt, qui Ditmarsos, gentem Ecclesiæ per aliquot secula obnoxiam, à Dano Holsatoque, alia multo contestantibus, ingenti publicæ fidei dedecore atque Archiepiscoporum injuria subactam conquesti, al-

(s) ablata repetebant. Ea jam Sveci demum, Bremensium Præsulum locum indepti, Roskildensi (t) atque Hafniensi (u) pactione ne solo Danicæ Domus damno sancitæ viderentur, in qualecunque jacturæ solamen cessere.

Comitatus Oldenb. Comitatus hujus (x) antiquissima familiæ, de qua hic tractamus, possessio est; ex eaque Oldenburgi Comes jam seculo decimo post natum Christum Regimbertus (y) memoratus, cui Witekindæam originem plerique tribuunt, ex quo Do-

...

(s) Memorial. ad Cæsar. apud Gallet. Cop. V. c. n. 148.

(t) Art. 13.

(u) Art. 18.

(x) Notandum Comitatum hunc Oldenburgicum in Frisia situm ab Oldenburgo urbe in Holsatia, quam Wagriam olim appellarunt, distinguendum esse. De utroque Munster. Lib. III. c. 448.

(y) Chytr. Lib. II. p. 10. Spener. Famil. Oldenb. non long. à princ.

niæ, qui adhuc rerum potiuntur, Reges, Holſatiæ Duces, & Oldenburgii Comites orti, omnes Oldenburgi Comitum titulo uſi. Eum velut peculiari Jure uſurparunt, qui ex Gerhardo Chriſtiani I. fratre prognati intra Comitum dignitatem ſubſtitere.

Delmenhorſtum arcem (z) Otto II. Urbem (a) Otto III. Oldenburgii Comites condiderunt. Inde in Comitatum excrevit, quem Otto ſimplex Comes Delmenhorſti Oldenburgicæ familiæ (b) Bremenſibus eâ lege dedit, (quanquam id patrui Ottonis pacto cum Conrado patruele inito nefas erat) ſi ſolvendo non eſſet, filiumque Nicolaum ArchiEpiſcopum eligerent. Vindicavit cum poſtea ſive ipſe Nicolaus, & Delmenhorſt. A. 1247.

(z) Idem pag. 36.
(a) Idem pag. 37.
(b) Chytr. d. l. Spener. pag. 112. ſeqq. Edit. 2.

laus, abdicato Episcopatu ad Comitatum redux, sive Theodoricus Fortunatus, & ex paterna hæreditate accepit ejus filius Mauritius, hoque (c) liberis a Monasteriensibus Episcopis ereptum. Quanquam alii (d) Gerardum fratrem Mauritii, ob infestatas latrociniis vias, ab Henrico Bremæ & Monasterii Præsule vicinarum Urbium precibus exorato, terra exutum referant. Recepit Antonius (e) Oldenburgius, Cæsaris jussu suisque armis mixtis. Inde Bremæ (f) atque Monasterii (g) Præsulum questus, quâ molestiæ (h) à Monasteriensibus Cameræ, quam vocant Spirensis sententia, à Bremen-

(c) Spener. pag. 114.
(d) Chytr. d. p. 59. & 60. Spener. p. 148.
(e) Vid. Chytr. Lib. XXI. p. 161. Spener. pag. 170.
(f) Spener. d. l. Protest. Capitul. Brem. A. 1657. apud Gastel c. 6. n. 147.
(g) Idem n. 146.
(h) Spener. d. l.

sibus (*i*) Rotschildensis atque Hafniensis conventio absolvit. Cæterum Antonio duo filii, Joannes cui Oldenburgi, Antonius, cui Delmenhorsti Comitatus obtigere. Hujus familiæ in liberis deficienti, Joannes successit, filium Antonium Guntherum nactus, qui morte sua finem Oldenburgicæ domui posuit. Hæreditas in Daniæ Regem, atque Holsatiæ Gottorfiensis prosapiæ Principem ita divisa, ut (*k*) Regi Oldenburgum, Delmenhorstum Duci cederet. Inde cum Joachimo Ernesto Plœnensi certamen, qui, si agnationis propinquitatem spectes, propior, *Feudorum* (*l*) Jura & firmatam sibi à Cæsaribus (*m*) successionis spem commemorans, istorum avi-

(*i*) d. art. 13. & 18.

(*k*) Gastel d. c. 6 n. 150.

(*l*) Vid. Inform. Jur. & Fact. apud Eund. c. 19. n. 112.

(*m*) Maximil. II. A. 1570. Ferdinando III. A. 1642. Leopoldo A. 1664.

avidítatem incuſabat, qui destinatam ipſi legibus, uſuq; majorum hæreditatem in ſeſe vertiſſent; Illis (*n*) Pa-
A. 1649 cta cum defuncto Comite inita ipſius Imperatoris adprobatu legitimum robur adepta, & Comitatûs, olim ut vocant, *allodiales* Anno dominio cIↃIↃxxxI. Carolo V. ab Anthonio Oldenburgio *in feudum oblatos*, [illegible] rentibus, qualibus etiam agnatos [illegible] ceri, longo uſu receptum ſit. Obtulere tamen, (*o*) quibus litium mores moleſtiasque redimerent. Spreta à Duce. Et delata re ad Cæſaris aulam, is (*p*) ſecundum Plönenſem litem dedit. Eidem poſtea cum Rege convenit, conditionibus, non niſi forte paciſcentibus notis.

(*n*) Recapitul. aliaque quæ publice extant Acta, apud Gaſtel. p. 665. & Diss. al-leg. ab Eod. d. p. & 692.

(*o*) Nempe 200000. contant. Kaltenberg zu Schönberg ein 100000. Reichsthal. und 50000. an Bauen. apud Eund. d. pag. 665. (*p*) Id. d. pag. 692.

FINIS.

Jam finem labori Typographus fecerat, cum forte Libellum inspicienti, meus iterum, non operarum, error p. 184. & seq. occurrit, dum rectè posita nescio quo fato in deterius muto, illapsus; ita in melius redigendus. Et quidem post verb. *Henrico Superbo obtigit*, pon. *Qui Magni Billingianorum novissimi ex Wulfhildi Nepos, matris Jure Lunæburgensem Comitatum nactus, Gertrudin Lotharii filiam atque simul in dotem Brunsvvici ditionem accepit.*

Errata,

QVanquam ipsi Auctori operis præesse contigerit, ne ita tamen caveri potuit, quo minus errata quædam subreperent, quorum levioribus forte prætermissis insigniora hîc subjecimus; reliqua si quæ supersunt Lector benevolus emendabit.

Pag. 2. *lin. ult pro Hurgarorum, leg.* Hungarorum. *p.* 8. *in alleg. pro Gnicelard.* Guicciard *p.* 9. *lin.* 18. *pro latnrus,* laturus. *p.* 16. *lin.* 10. *& seqq. leg.* juvene. *Et :* Podiebradium. *p.* 18. *lin.* 17. *pro rarum,* ratam. *lin.* 19. 20. imperasse. *p.* 19. *lin* 8. *pro securis,* securis. *lin.* 13. *pro sibl,* sibi. *p.* 20. *pro ligendi,* eligendi. *p.* 23. *lin.* 4. *leg.* Heduos, *p.* 24. *lin.* 6. 7. *leg.* edomitis. *& alleg. lin. ult. pro d. Part.* 2. *lege* d. Lib. III. uti & *p.* 25. *alleg. lin* 1. *& lin. penult. & ult post d. Part.* 2. *add.* Lib. IV. *p.* 26. *lin.* 2. *pro vitâ*, viâ. *p.* 27. *alleg lin. antepenult. pro Jur.* Luc. *p.* 28. *lin.* 2 *leg.* nuptiis. *p.* 31. *lin.* 1 *pro fere,* pene. *lin.* 12. *leg.* filia. *lin.* 13. *leg.* effecit *pag.* 33. *l n.* 13. 14. *del. ad Antonium Burgundum, Philippi Audacis. p.* 37. *lin.* 5. 6. *pro volumus,* noluimus. *d. lin.* 7. *pro qui,* quæ *p.* 39. *lin. antepen. pro Anxit,* Auxit. *p.* 41. *lin.* 15. *leg.* Principatus. *p.* 45. *lin.*

lin. 10. *leg.* scripseramus. *p.* 52. *lin.* ... alieno. *p.* 55. *lin.* 11. *leg.* regnanti. *p.* 56 ... *leg.* majorum. *lin. ult leg.* suas. *p.* 67. *lin.* ... *lege* petendo. *lin.* 19 *lege* inficiantibus ... *pro admonere*, admovere. *p* 68. *pro* ... *piunt*, acciperent. *p.* 72. *lin.* 1 *pro hunc*, hunc *p.* 78. *lin.* 20. *pro Ad*, As. *p.* 79 *lin.* 17 ... sua. *p.* 87 *lin.* 2. *lege* Henneberg... *pro Carinthia*, Catharina. *p.* 89. *lin.* ... *leg.* acceperit *p.* 90. *lin* 15. *lege* denominari maluere. *lin.* 17. *lege* damnati *p.* 124. ... *post ut : pon.* illi. *p.* 125 *lin.* 5. *post* ... *del. comma. p.* 126. *lin. penult lege* ... que. *p.* 151. *lin.* 9. *lege* ipse. *p* ... fecisset. *p.* 158. *lin. penult. lege* ... *allegatis, lin.* 7. *lege* observat. *lin.* ... *Anxel.* Angel. *p.* 143 *lin* 4. *post* ... *comma. p.* 147. *lin.* 8. 9 *lege* seculum ... *lin.* 6. *post Borussia, del. comma. p.* 156. ... *lin.* 15. *add.* oder als ich Söhne ... *p.* 161. *lin.* 4. *lege* Jaromiro. *p.* ... *Post, quos, add.* seu pactiseu. *p.* 173. *lin.* ... *lege* inferri. *p.* 178. *alleg. post* ... *Henr. Ratel. Contin. Chron.* ... *p.* 189. *lin.* 13. *lege* fratre. *p.* 201 *lin.* ... *lege* fortuna industriæ *p.* 205 ... *pro c.* 12. *pon. c* 11. *p.* 209 *lin.* 7. *pro* ... *que Majorum, pon.* patri patruoque. *p.* ... *lin.* 4. & 5. *Pon.* Agro præterea ... Idem instruxit, *lin.* 13. *Post* ... *p.* 226. *lin.* 11. 12. *lege* jura. *p.* 233. ... *fin. del. vers. Recipiat etiam. p.* 237. *lin.* ...

lin.

lege coaluerit. *p.* 238. *pro* [illegible], *lege* [illegible]ris. *p.* 240. *lin.* 3. 4. *lege* familia. *p.* 250. *lin.* 16. *pro partibus*, *lege* partitus. *p.* 260. *lin.* 15. *lege* argumento. *p* 266. *noster*, *nos* *Typographi error est* , *cum Ernestum velut Schauenburgiorum postremum Anno* 1640. *excessisse diximus, cùm is Anno* 1622. (*alii* 23.) *mortuus, familiæ tantum sive lineæ suæ, non toti Schauenburgiæ Gentis finem fecerit, quem ei demùm Otto Schauenburgiae Comes dicto A.* 1640. *imposuit.* *p.* 268. *lin.* 6. *lege* alia. *p.* 274. *lin.* 6. *lege* sustentatas. *p* 279. *lin.* 2. *lege* postea. *p.* 281. *lin.* 1. *lege* isto. *p.* 285. *lin.* 3. *lege* Cronbergiis. *p.* 294. *lin.* 8. *pro horum*, *lege* ipsorum. *p.* 295. *lin.* 6. *lege* habitum. *Et:* celsiori. *p.* 309. *lin.* 2. *pro datum*, *lege* collatum.



